Annectuntur sequentia.
Sex. Rufi breviarium.
M. Porcii Catonis quae exstant.
Publii Syri sententiae, Dionysii Catonis
Disticha de moribus. Dionysii Catonis
Franc. Sanctii de authoribus interpretandis.
Hesychii de eruditionis fama claris.

Digitized by Google

Cl. 1292 t.c. m 1292 (4)

INTRODVCTIO IN HISTORIAM ROMANAM PER IOHANNEM OTHONEM BRVGENSEM.

Poſt primam editionem innumeris locis ex fide marmorum, numiſmatum, & veterum hiſtoriarum reſtituta.

Addidimus Sex. Rufi Breuiarium rerum geſtarum Pop. Ro. innumeris locis ad fidem antiquiſs. exemplarium reſtitutum.



BRVGIS FLAND.
Ex officina Huberti Goltzij,
M. D. LXV.

Digitized by Google

HVBERT. GOLTZIVS

IOHANNI OTHONI

S. P. D.

INCIDIT non ita nuper Otho doctiſsime in manus noſtras Introductio tua in hiſtoriam Romanam, quam tu omnibus res geſtas cognoſcere volentibus conſcripſiſti: quæ adeò eruditis omnibus hîc placuit, vt omnino voluerint eam per me typis excudi. Sed quum comperiſſent typographi incuria menda quædam admiſſa, ac nonnunquam veterum fortaſſe vel caſtigatiorum exemplarium penuria in ſupputatione annorum, nominibus proprÿs, magiſtratibus, & rebus geſtis peccatum eſſe, hortati ſunt vt familiariter & liberè caſtigarem, dictitantes hoc tibi viro optimo & φιλαληθεστάτῳ *non ingratum futurum. Itaque locis aliquot non ſine iudicio doctorúmque conſilio, & potiſsimum ex fide antiquorum numiſmatum & Faſtorum Conſularium quæ propediem a nobis in lucem emittentur, medicas manus admoui. Quod quanto cum fructu fecerim, aliorum eſto iudicium. illud certè Homericum veriſsimum eſſe ſcio,* σύν τε δύ᾽ ἐρχομένω. *Hîc autem velut appendicem adiecimus Sex. Rufi breuiarium, tum quòd is ſit auctor grauiſsimus, cuius argumentum cum tua Introductione non malè quadrare videtur, tum potiſsimum quòd eum ſtudioſis exhibemus maximo ſtudio & diligentia ex fide plurimorum vetuſtiſsimoram exemplarium reſtitutum.*

Vale. BRVGIS ex typographeio noſtro, IIII. Nonas Iunÿ. M. D. LXV.

Digitized by Google

AMPLISSIMO VIRO DOMINO D. GVILIELMO KETELERO IOHANNES OTHO BRVGENSIS S. D.

PRVDENTER faciunt litterarũ profeſſores, qui ante iuſtam ſolidámque artis aut rei tractationem, in compendium contrahunt quod tradere decreuerunt: & quaſi negotij ſummam iuuentuti breuiter proponunt, quæ poſtea paratior, ad pleniorem ſolidorémque enarrationem accedit, & in ea maiore cùm fructu verſatur. Porrò qui confidentius contemta hac methodo, ad alicuius artis cognitionem introrumpere cogitant: poſtquam errare per auctores plures cœperint, ſerius proficiunt, & rarò quod diſcere volunt, integrè perfectéque cognoſcunt. Sicut illi qui poëtas aut hiſtorias nullo ordine peruoluunt, tantùm puerilem hauriunt multa lectione delectationem, quæ iudicijs ſæpe officit, & eam quam adipiſcuntur tumultuario ſtudio cognitionem, vero vſu fructúque abundare non ſinit. Quare cùm paulatim pueritia, præſertim quæ Iuriſprudentiæ ſtudijs deſtinatur, in hiſtoriarum lectione exerceri quoque debeat: non abſurdum putaui hoc qualicunqne commentariolo, totius Romanæ hiſtoriæ ſummam breuiter complecti, & longe latéque in græcis & latinis hiſtoricis diffuſam narrationem, in compendium redactam, adole-

Digitized by Google

HVBERT. GOLTZIVS

IOHANNI OTHONI

S. P. D.

INCIDIT non ita nuper Otho doctiſſime in manus noſtras Introductio tua in hiſtoriam Romanam, quam tu omnibus res geſtas cognoſcere volentibus conſcripſiſti: quæ adeò eruditis omnibus hîc placuit, vt omnino voluerint eam per me typis excudi. Sed quum comperiſſent typographi incuria menda quædam admiſſa, ac nonnunquam veterum fortaſſe vel caſtigatiorum exemplarium penuria in ſupputatione annorum, nominibus proprijs, magiſtratibus, & rebus geſtis peccatum eſſe, hortati ſunt vt familiariter & liberè caſtigarem, dictitantes hoc tibi viro optimo & φιλαληθεςάτῳ non ingratum futurum. Itaque locis aliquot non ſine iudicio doctorúmque conſilio, & potiſſimum ex fide antiquorum numiſmatum & Faſtorum Conſularium quæ propediem a nobis in lucem emittentur, medicas manus admoui. Quod quanto cum fructu fecerim, aliorum eſto iudicium. illud certè Homericum veriſſimum eſſe ſcio, σύν τε δύ' ἐρχομένω. Hîc autem velut appendicem adiecimus Sex. Rufi breuiarium, tum quòd is ſit auctor grauiſſimus, cuius argumentum cum tua Introductione non malè quadrare videtur, tum potiſſimum quòd eum ſtudioſis exhibemus maximo ſtudio & diligentia ex fide pluriſmorum vetuſtiſſimoram exemplarium reſtitutum. Vale. BRVGIS ex typographeio noſtro, II Nonas Iunij. M. D. LXV.

AMPLISSIMO VIRO DOMINO D. GVILIELMO KETELERO IOHANNES OTHO BRVGENSIS S. D.

PRVDENTER faciunt litterarũ professores, qui ante iuſtam ſolidámque artis aut rei tractationem, in compendium contrahunt quod tradere decreuerunt: & quaſi negotij ſummam iuuentuti breuiter proponunt, quæ poſtea paratior, ad pleniorem ſolidorémque enarrationem accedit, & in ea maiore cum fructu verſatur. Porrò qui confidentius contemta hac methodo, ad alicuius artis cognitionem introrumpere cogitant: poſtquam errare per auctores plures cœperint, ſerius proficiunt, & rarò quod diſcere volunt, integrè perfectéque cognoſcunt. Sicut illi qui poëtas aut hiſtorias nullo ordine peruoluunt, tantùm puerilem hauriunt multa lectione delectationem, quæ iudicijs ſæpe officit, & eam quam adipiſcuntur tumultuario ſtudio cognitionem, vero vſu fructúque abundare non ſinit. Quare cum paulatim pueritia, præſertim quæ Iuriſprudentiæ ſtudijs deſtinatur, in hiſtoriarum lectione exerceri quoque debea[illegible] abſurdum putaui hoc qualicunque c[illegible], totius Romanæ [illegible]oriæ ſum[illegible]plecti, & longe [illegible]ue in [illegible]oricis diffuſam [illegible]tion[illegible]dactam, adoleſcenti-

centibus hiſtoriarum ſtudioſis commonſtrare: quo poſtea felicius in plena integráque hiſtoria verſari queant. Ceterùm quia ſic vſu receptum videmus, vt abſque patrono ſtudioſi litterarum in communem vſum nihil ferè in lucem emittere audeant, dignitatem veſtram Ampliſs. Domine mihi hic interpellandam exiſtimaui, ſatis firmum aduerſus æmulos propugnaculũ. Neque ſanè immerito optimarum litterarum innocentia, inſcitiæ & ignorantiæ vulgaris expoſita odio, patrocinia ſibi optimorum virorum quærit. Nam totius eruditionis ſacroſanctæ præſides Muſæ, ob hoc virgines eſſe perhibentur, non tantùm quòd liberalibus artibus nihil illibatius, honeſtius, integrius quicquam reperiatur: ſed quòd ſincerioris doctrinæ modeſta, ſuauis, & innocens gratia, improbiſſimorum hominum iniurias & ludibria non effugiens, tutore ſibi & defenſore opus eſſe fateatur. Quanuis interea a Deo tanquam propitio parente, ſatis ſuperque defenſionis cæleſtiſque patrocinij conſequatur: homines tamen virtute, eruditione, & generis claritate inſignes, Reges, Principes & præſertim Eccleſiæ antiſtites, dei in terris perſonam, locum & auctoritatem, ad iſtarum potiſſimùm defenſionem & preſidium obtinent. Vale. Datum Duisburgi Nonis Septembris. Anno M. D. LXII.

AD GENEROSVM BONÆQVE SPEI ADOLESCENTEM THEODORVM KETELERVM IOHANNIS OTHONIS BRVGENSIS PRÆFATIO.

POLYBIVS inter ſcriptores qui rerum veterum monumenta poſteris reliquêre non poſtremus, cum Romanorum exercitum a Carthaginienſibus cæſum profligatúmque & Conſ. M. Atilium captum ſcribit, qui paullò ante Carthaginienſes ipſe ſupplices orantes pacem, in ſua poteſtate, niſi confidentior præfractiórque fuiſſet, habere potuerat, hiſtoricæ cognitionis vſum eleganti παρεκβάσει inter cetera his verbis oſtendit: Δυοῖν ὄντων τρόπων πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταθέσεως, τοῦτε διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων, καὶ τοῦ διὰ τῶν ἀλλοτρίων, ἐναργέστερον μὲν εἶναι συμβαίνει τὸν διὰ τῶν οἰκείων περιπετειῶν, ἀβλαβέστερον δὲ τὸν διὰ τῶν ἀλλοτρίων. Διὸ τὸν μὲν οὐδέποθ' ἑκουσίως αἱρετέον, ἐπεὶ μετὰ μεγάλων πόνων καὶ κινδύνων ποιεῖ τὴν διόρθωσιν· τὸν δὲ ἀεὶ θηρευτέον, ἐπεὶ χωρὶς βλάβης ἐστὶ συνιδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ βέλτιον. Ἐξ ὧν συνιδόντι καλλίστην παιδείαν ἡγητέον πρὸς ἀληθινὸν βίον, τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν. Μόνη γὰρ ἄυτη χωρὶς βλάβης παντὸς καιροῦ περιστάσεως, κριτὰς ἀληθινοὺς ἀποτελεῖ τοῦ βελτίονος. Cùm duo quædam ſint, quibus quiſque res ſuas in

 melius

melius mutare poſſit, vnum proprij infortunij experimentum, alterum alienæ calamitatis exemplum, propriam temeritatem efficacius quidem docere, ceterum omni detrimento carere alienis periculis quæſitam ſapientiam nemo inficiabitur. Hinc fit, quòd illud nemo ſua ſpõte imitandum, aut ſibi experiendum eligat, eo quòd ſine acerbitate & periculo vitam emendare prudenter nequeat: Hoc verò homines omni tempore libentius amplectuntur, eo quòd ſine vlla difficultate aut diſpendio, quid in vita melius ſit, cernere doceat. Quibus tanquam experimentis edocti, facile intelligant, ad vitam bene ſapientérque inſtituendam optimam magiſtram eſſe ex rerum geſtarum cognitione experientiam. Hæc enim ſola ſine vllis periculis aut impedimentis optimos rerum expetendarũ iudices format. Quibus verbis Polybius non tam hiſtoricus diligens, quàm Orator exmius & bonus Philoſophus, hiſtorias legum humanarum & diuinarum exempla eſſe, regendis actionibus noſtris ex aliorum periculis vtilia, oſtendit. Vſu itaque prudentiam noſtro malo plerunque diſcimus, ex hiſtoria autem alterius periculo exemplóque tutius feliciúſque id ipſum facimus. Proinde ſi alibi vſpiam, ex hiſtoriarum ſane obſeruatione non mediocris ad vitam rectè inſtituendam prudentia parari poterat, in qua non tantùm exercituum duces, reges, principes, quid ſui & muneris & officij ſit admonen-

admonentur, ſed in quouis ordine, ſtatu, vitæque inſtituto homines aliquam felicitatis partem aſſequuntur, iuxta illud poëtæ, Felix quem faciunt aliena pericula cautum. & quanuis nos hic nullam prorſus hiſtoriam certam, ſed tantùm quoddam quaſi hiſtoriæ Romanæ veſtibulum, ſeu amnem, quo tanquam duce ad immēſum hiſtoriæ Romanæ pelagus rectius citiúſque perueniatur, proponamus: tamen non abs re fuerit ex multis hiſtoricæ lectionis vtilitatibus, vnam hanc memoriæ iuniores mandare, donec poſtea in litteris adultiores, ingenij cultu & eruditionis acceſſione ornatiores, vere cognouerint, neque politicas gubernationes cum Iuriſprudentia, neque Eccleſiaſticas cum Theologia, ſine hiſtorico ſtabilimento poſſe conſiſtere: Vt mihi vel ob eam cauſſam æquiſſimum videatur pueritiam grauioribus litterarum ſtudijs a parentibus deſtinatam, in hoc aut ſimili quodam hiſtoriarum rudimento prius debere verſari: vt paulo pòſt ætate adultior & in litteris prouectior multum temporis & plurimum laboris in tota hiſtoria ſemel cum fruge peruoluenda, felicius impendat. Sed remoratur ſæpe & obſtrepit ex tenera educatione iners relicta mollities, tum lectionis tædium, rerúmque arduarum & antiquarum obſcuritas: ſicut ſolet leuiſſima occaſio adoleſcentes antea ſuæ voluntati educationis licentia relictos, ad ignauiam pernicioſáque otia

Annectuntur sequentia.
Sex. Rufi breviarium.
M. Porcii Catonis quae exstant.
Publii Syri sententiae, Dionysii Catonis
Disticha de moribus. Dionysii Catonis
Fran. Sanctii de authoribus interpretandis.
Hesychii de eruditionis famâ claris.

Digitized by Google

Cl. 1292 t.c.m 1292.(4)

INTRODVCTIO IN HISTORIAM ROMANAM PER IOHANNEM OTHONEM BRVGENSEM.

Poſt primam editionem innumeris locis ex fide marmorum, numiſmatum, & veterum hiſtoriarum reſtituta.

Addidimus
Sex. Ruſi Breuiarium rerum geſtarum Pop. Ro. innumeris locis ad fidem antiquiſſ. exemplarium reſtitutum.



BRVGIS FLAND.
Ex officina Huberti Goltzij,
M. D. LXV.

Digitized by Google

HVBERT. GOLTZIVS

IOHANNI OTHONI

S. P. D.

INCIDIT non ita nuper Otho doctiſsime in manus noſtras Introductio tua in hiſtoriam Romanam, quam tu omnibus res geſtas cognoſcere volentibus conſcripſiſti: quæ adeò eruditis omnibus hîc placuit, vt omnino voluerint eam per me typis excudi. Sed quum comperiſſent typographi incuria menda quædam admiſſa, ac nonnunquam veterum fortaſſe vel caſtigatiorum exemplarium penuria in ſupputatione annorum, nominibus proprijs, magiſtratibus, & rebus geſtis peccatum eſſe, hortati ſunt vt familiariter & liberè caſtigarem, dictitantes hoc tibi viro optimo & φιλαληθεστάτῳ non ingratum futurum. Itaque locis aliquot non ſine iudicio doctorúmque conſilio, & potiſsimum ex fide antiquorum numiſmatum & Faſtorum Conſularium quæ propediem a nobis in lucem emittentur, medicas manus admoui. Quod quanto cum fructu fecerim, aliorum eſto iudicium. illud certè Homericum veriſsimum eſſe ſcio, σύν τε δύ' ἐρχομένω. Hîc autem velut appendicem adiecimus Sex. Rufi breuiarium, tum quòd is ſit auctor grauiſsimus, cuius argumentum cum tua Introductione non malè quadrare videtur, tum potiſsimum quòd eum ſtudioſis exhibemus maximo ſtudio & diligentia ex fide plurimorum vetuſtiſsimoram exemplarium reſtitutum. Vale. BRVGIS ex typographeio noſtro, IIII. Nonas Iunij. M. D. LXV.

Digitized by Google

AMPLISSIMO VIRO DOMINO D. GVILIELMO KETELERO IOHANNES OTHO BRVGENSIS S. D.

PRVDENTER faciunt litterarũ profeſſores, qui ante iuſtam ſolidámque artis aut rei tractationem, in compendium contrahunt quod tradere decreuerunt: & quaſi negotij ſummam iuuentuti breuiter proponunt, quæ poſtea paratior, ad pleniorem ſolidorémque enarrationem accedit, & in ea maiore cum fructu verſatur. Porrò qui confidentius contemta hac methodo, ad alicuius artis cognitionem introrumpere cogitant: poſtquam errare per auctores plures cœperint, ſerius proficiunt, & raro quod diſcere volunt, integrè perfectéque cognoſcunt. Sicut illi qui poëtas aut hiſtorias nullo ordine peruoluunt, tantùm puerilem hauriunt multa lectione delectationem, quæ iudicijs ſæpe officit, & eam quam adipiſcuntur tumultuario ſtudio cognitionem, vero vſu fructúque abundare non ſinit. Quare cum paulatim pueritia, præſertim quæ Iuriſprudentiæ ſtudijs deſtinatur, in hiſtoriarum lectione exerceri quoque debeat: non abſurdum putaui hoc qualicunqne commentariolo, totius Romanæ hiſtoriæ ſummam breuiter complecti, & longe latéque in græcis & latinis hiſtoricis diffuſam narrationem, in compendium redactam, adole-

centibus hiſtoriarum ſtudioſis commonſtrare: quo poſtea felicius in plena integráque hiſtoria verſari queant. Ceterùm quia ſic vſu receptum videmus, vt abſque patrono ſtudioſi litterarum in communem vſum nihil ferè in lucem emittere audeant, dignitatem veſtram Ampliſs. Domine mihi hic interpellandam exiſtimaui, ſatis firmum aduerſus æmulos propugnaculũ. Neque ſanè immerito optimarum litterarum innocentia, inſcitiæ & ignorantiæ vulgaris expoſita odio, patrocinia ſibi optimorum virorum quærit. Nam totius eruditionis ſacroſanctæ præſides Muſæ, ob hoc virgines eſſe perhibentur, non tantùm quòd liberalibus artibus nihil illibatius, honeſtius, integrius quicquam reperiatur: ſed quòd ſincerioris doctrinæ modeſta, ſuauis, & innocens gratia, improbiſſimorum hominum iniurias & ludibria non effugiens, tutore ſibi & defenſore opus eſſe fateatur. Quanuis interea a Deo tanquam propitio parente, ſátis ſuperque defenſionis cæleſtiſque patrocinij conſequatur: homines tamen virtute, eruditione, & generis claritate inſignes, Reges, Principes & præſertim Eccleſiæ antiſtites, dei in terris perſonam, locum & auctoritatem, ad iſtarum potiſſimùm defenſionem & preſidium obtinent. Vale. Datum Duisburgi Nonis Septembris. Anno M. D. LXII.

AD GENEROSVM BONÆQVE SPEI ADOLESCENTEM THEODORVM KETELERVM IOHANNIS OTHONIS BRVGENSIS PRÆFATIO.

POLYBIVS inter ſcriptores qui rerum veterum monumenta poſteris reliquêre non poſtremus, cum Romanorum exercitum a Carthaginienſibus cæſum profligatúmque & Conſ. M. Atilium captum ſcribit, qui paullò ante Carthaginienſes ipſe ſupplices orantes pacem, in ſua poteſtate, niſi confidentior præfractiórque fuiſſet, habere potuerat, hiſtoricæ cognitionis vſum eleganti παρεκβάσει inter cetera his verbis oſtendit: Δυοῖν ὄντων τρόπων πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταθέσεως, τοῦ τε διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων, καὶ τοῦ διὰ τῶν ἀλλοτρίων, ἐναργέστερον μὲν εἶναι συμβαίνει τὸν διὰ τῶν οἰκείων περιπετειῶν, ἀβλαβέστερον δὲ τὸν διὰ τῶν ἀλλοτρίων. Διὸ τὸν μὲν οὐδέποθ' ἑκουσίως αἱρετέον, ἐπεὶ μετὰ μεγάλων πόνων καὶ κινδύνων ποιεῖ τὴν διόρθωσιν· τὸν δὲ ἀεὶ θηρευτέον, ἐπεὶ χωρὶς βλάβης ἔστι συνιδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ βέλτιον. Ἐξ ὧν συνιδόντι καλλίστην παιδείαν ἡγητέον πρὸς ἀληθινὸν βίον, τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν. Μόνη γὰρ αὕτη χωρὶς βλάβης παντὸς καιροῦ περιστάσεως, κριτὰς ἀληθινοὺς ἀποτελεῖ τοῦ βελτίονος. Cùm duo quædam ſint, quibus quiſque res ſuas in melius

Digitized by Google

melius mutare poſſit, vnum proprij infortunij experimentum, alterum alienæ calamitatis exemplum, propriam temeritatem efficacius quidem docere, ceterum omni detrimento carere alienis periculis quæſitam ſapientiam nemo inficiabitur. Hinc fit, quòd illud nemo ſua ſpõte imitandum, aut ſibi experiendum eligat, eo quòd ſine acerbitate & periculo vitam emendare prudenter nequeat: Hoc verò homines omni tempore libentius amplectuntur, eo quòd ſine vlla difficultate aut diſpendio, quid in vita melius ſit, cernere doceat. Quibus tanquam experimentis edocti, facile intelligant, ad vitam bene ſapientérque inſtituendam optimam magiſtram eſſe ex rerum geſtarum cognitione experientiam. Hæc enim ſola ſine vllis periculis aut impedimentis optimos rerum expetendarũ iudices format. Quibus verbis Polybius non tam hiſtoricus diligens, quàm Orator eximius & bonus Philoſophus, hiſtorias legum humanarum & diuinarum exempla eſſe, regendis actionibus noſtris ex aliorum periculis vtilia, oſtendit. Vſu itaque prudentiam noſtro malo plerunque diſcimus, ex hiſtoria autem alterius periculo exemplóque tutius feliciúſque id ipſum facimus. Proinde ſi alibi vſpiam, ex hiſtoriarum ſane obſeruatione non mediocris ad vitam rectè inſtituendam prudentia parari poterat, in qua non tantùm exercituum duces, reges, principes, quid ſui & muneris & officij ſit admonen-

admonentur, ſed in quouis ordine, ſtatu, vitæque inſtituto homines aliquam felicitatis partem aſſequuntur, iuxta illud poëtæ, Felix quem faciunt aliena pericula cautum. & quanuis nos hic nullam prorſus hiſtoriam certam, ſed tantùm quoddam quaſi hiſtoriæ Romanæ veſtibulum, ſeu amnem, quo tanquam duce ad immẽſum hiſtoriæ Romanæ pelagus rectius citiúſque perueniatur, proponamus: tamen non abs re fuerit ex multis hiſtoricæ lectionis vtilitatibus, vnam hanc memoriæ iuniores mandare, donec poſtea in litteris adultiores, ingenij cultu & eruditionis acceſſione ornatiores, vere cognouerint, neque politicas gubernationes cum Iuriſprudentia, neque Eccleſiaſticas cum Theologia, ſine hiſtorico ſtabilimento poſſe conſiſtere: Vt mihi vel ob eam cauſſam æquiſſimum videatur pueritiam grauioribus litterarum ſtudijs a parentibus deſtinatam, in hoc aut ſimili quodam hiſtoriarum rudimento prius debere verſari: vt paulo pòſt ætate adultior & in litteris prouectior multum temporis & plurimum laboris in tota hiſtoria ſemel cum fruge peruoluenda, felicius impendat. Sed remoratur ſæpe & obſtrepit ex tenera educatione iners relicta mollities, tum lectionis tædium, rerúmque arduarum & antiquarum obſcuritas: ſicut ſolet leuiſſima occaſio adoleſcentes antea ſuæ voluntati educationis licentia relictos, ad ignauiam pernicioſáque otia

Digitized by Google

ſæpenumero elicere, rerúmque vanitatibus ita implere, vt non tantum peruoluendis vtiliſſimis veterum monumentis vacare nolint: ſed vt ſurdas penitus admonitionibus aures præbeant, ſuíſque cupiditatibus fideliſſima hiſtoriarum exempla, & cariſſimorum ſuorum monita poſthabeant. Arduum quippe eſt in magna licentia moderari ſibi, quaſique frenos imponere cupiditatibus: maximè verò adoleſcentes, qui rerũ imperitia de recto vitæ curſu ablati, duri & prefracti nullis aliorum caſibus aut exemplis permoti, malis ſæpe artibus impingunt. Nam quòd nonnunquam longam generis ſeriem proferant, opéſque nimias oſtentent, ſecure & molliter viuere volunt. qui quamuis antea ſeu præceptoris metu, ſeu parentum perſonata quadam obſeruantia, ſuum mediocriter officium fecerunt, tamen paullo pòſt vbi ad ingenium redeunt, a recta honeſtáque diſciplina ad luxum voluptatémque dilabuntur, omnibuſq; ſe tanquam in theatro deridendos propinant, & antequam primas adoleſcentiæ metas egrediantur, quaſi in ſalo & fluctu vitæ, in omne genus vitiorum præcipites ruunt: tales etſi ſera nonnunquam pœnitentia ducantur, certe hiſtoricis admonitionibus parum adiuuantur. Proinde cum nihil ſit honeſtius, nihil ſanctius, quàm bonas horas in ſtudijs litterarum bene collocare, contrà nihil bene nato adoleſcente indignius, quàm florentiſſimam, optimiſque

ſtudijs

Digitized by Google

ſtudijs conuenientiſſimam vitæ partem otio, venationibus, morumque inſolentia turpiter conſumere: quæſo & hortor, vt rerum veterum lectione & memoria inſtructior, nullam virtutem non magnopere exerceas, adeóque ſtudijs liberalium artium incumbas, vt generi veſtro, glorię patrię, & Eccleſię in poſterum pietate ſumma & eruditione ſingulari ornamẽto eſſe poſſis. Vale. Duisburgi ipſis Nonis Sept. Anno M. D. LXII.

NOTARVM PROPRIORVM NOMINVM EXPLICATIO.

A.	*Aulus.*	*Mam.*	*Mamercus.*
Ap.	*Appius.*	*N.*	*Numerius.*
C.	*Caius.*	*P.*	*Publius.*
Cn.	*Cneus.*	*Q.*	*Quinctus.*
D.	*Decimus.*	*Ser.*	*Seruius.*
K.	*Kæſo.*	*Sex.*	*Sextus.*
L.	*Lucius.*	*Sp.*	*Spurius.*
M.	*Marcus.*	*Ti.*	*Tiberius.*
M'.	*Manius.*	*T.*	*Titus.*

Digitized by Google

IN HISTORIAM ROMANAM INTRODVCTIO.

Liuius hinc ... or. Roma= ... 1:paullò ve ... andem al= ... Dionyſius ... licarnaſſen ... Dionis Coc ... hiſtoriarũ ... ia deſide= ... tur.

VRBEM Romam ſiue condidit auxitq́ue, ſiue inſtaurauit Romus, qui & Romulus dictus eſt, Iliæ Veſtalis virginis filius, murúmque eius aratro deſignauit XI. Kal. Maij, Palilium die. id feſtum erat paſtorum colẽtium deam Palem, anno a condito mundo quater milleſimo quadringenteſimo, quadrageſimo nono: ante natum Chriſtum Seruatorem noſtrum ſeptingenteſimo quinquageſimo primo, anno primo ſeptimæ olympiadis, regnante in Iudæa Achas rege Iuda, prophetante Eſaïa filio Amos.

ROMVLVS PRIMVS REX.

ILIA ſeu Siluia Rhea Numitoris filia, præfecta fuit ei ſacerdotio, ordiníque virginum, quæ Veſtæ ſacra faciebant, ignémque ſeruabant ſempiternum, quæ ſacra Aeneas ſecum e

cum e Troia in Italiam adduxit. Hæc Ilia incerto patre gemellos peperit, qui iuſſu Amulij patrui in Tyberim abiecti, mergi non potuerunt, dictíque ſunt a robore de græco verbo Rhomus & Rhemus. Porrò qui vulgatiore nomine blandimẽti gratia, quod diminutione gaudet, Romulus eſt dictus, in contentione de regno interfecto fratre, regnauit ſolus in ciuitate a ſe aucta, re Albana Auo Numitori permiſſa. Ipſam Romã incoluêre primùm adſciti plerique ex Alba longa, & vicinis gentibus: aperuítque Romulus Aſylum, prope arcem locum ſacroſanctum, ad quem tutelæ gratia a noxijs aliarum ciuitatum refugeretur. Cúmque virorum ſatis eſſet, feminæ deeſſent, rapuit Sabinas mulieres, quas ſpecie ludorum in vrbem illexerat. Cúmque deinde ob raptum pugnaret cum Tito Tatio, iunctæ ſunt amicitia vtræque acies, precibus raptarum, & in partem regni Tatius receptus eſt, quo tempore cœpit Pop. Roman. more Sabino geminis vti nominibus. nam antea ſingulis erant ſingula more Græco. Regnauit Romulus annos

Aſylum ſanctu.

Gemina R

Digitized by Google

annos ſeptem & triginta, poſt mortem pro Deo habitus cultúſque eſt, appellatúſq; Quirinus, vel ab haſta, vel a Curib. Sabinis, vnde & Romani Quirites dicti, acri animo, & qui vario Marte pugnarit cum vicinis populis, nunquam victus, opimáque ſpolia de Cenninenſium rege tulit, & templum Ioui feretrio dedicauit. viuens Altellus eſt dictus, quaſi in tellure magnus & glorioſus. Fama eſt eum a Senatoribus non ferentibus impotens eius regnum, ad Capreæ paludem nonis Quinctilib. eſſe decerptum.

s di= uiri=

SENATORES.

SENATOR nomẽ ordinis erat, non dignitatis. Centum ex primoribus ſui populi Romulus elegit, cum quibus de regni negotijs domi foríſq; conſultaret, qui a cura ob honorem Patres, ab ætate Senatores nuncupati ſunt, eorúmque progenies Patritij. pòſt verò Tarquinius Priſcus, quintus Romanorum Rex, centum alios qui ſunt minorum gentium dicti, ad confirmandam ſuam potentiam addidit. Brutus primus Conſul vſque ad trecentos Senato-

res, nato=

Senatores in Senatum ex equeſtri aſſcripſit ordine, veteréſque Patres, recentiores Conſcripti appellati ſunt. Confuſa eſt procedente tempore diſtinctio illa. Creuit ſenſim hic numerus. C. Cæſar in ſua dictatura ordinem multitudine nimia onerauit: ad mille enim fuerunt diuerſarum gentium Senatores, quib. priſtinam dignitatem Cenſura ſua Cæſar Auguſtus reſtituit. *Patres ſcripti.* *Mille natores*

POP. ROM. TRES ORDINES.

POPVLVM Romanū diuiſit Seruius Tullus ſextus Rex in tres ordines, Senatorium, qui erat maximus & ampliſſimus: Equeſtrem, qui erat ſecundus ſiue medius: et Plebeium ſiue Pedeſtrem, qui erat tertius ſiue infimus. Tum altero modo diſtinguebatur Pop. Rom. in Plebeios, & Patritios. Patritij erant, vel qui per mares deſcendebant a centum illis Senatoribus primis: vel qui a Pop. Senatúque donabantur eo beneficio, vt Ap. Claudij, cum Sabinis migrarunt Romam: vel qui a regibus, & pòſt a Principibus Patritij creati ſunt, niſi qui ad plebē vel vltro tranſiere, vt *Patrit*

Digitized by Google

iere,vt pars familię Octauię: vel adoptione, vt P. Clodius. Reliqui cuiuſcunque

erint is or=

eſſent ordinis,erant Plebeij. Senatorij ordinis erant ſoli Senatores. nam eorum filij niſi lecti in Senatum eſſent,tametſi patribus fuiſſent Conſularibus & Dictatorijs, tantùm equeſtris erant ordinis.

INTERREGNVM.

Guber= in In= o.

INTERIM dum ſine rege fuit ciuitas,déque nouo creando rege conſultabant, quinto quoque die ex Senatoribus creabantur deni, qui populum regio imperio gubernarēt, ijq́ue Interreges dicebantur, & eorum magiſtratus,interregnum. Quod nomen manſit quoque & alijs tēporibus, alijſq́; magiſtratibus.Nam inter Coſs. & Coſs. fuit interregnum: obſeruatáque ſunt in

Inter=

interregno tria. Primum, ne procrearetur Interrex niſi a Patritijs & de patritiorum numero. Secundum, ne plures dies duret quiſque Interrex, quàm quinque. Tertium,ne primus Interrex haberet comitia magiſtratibus creandis. durauítque iſtud primum Interregnum annum vnum.

Digitized by Google

NVMA POMPILIVS REX II.

A NNO poſt Romuli mortem, hic electus eſt,populi & patrum conſenſu. Habitabat Curibus Sabinis,homo ſuę ætatis iuſtitia & pietate maximè inſignis,& (vt illa ferebãt tempora) iuris humani & diuini cõſultiſſimus, quẽ ferunt tam ſenilis fuiſſe prudentiæ, vt etiam in iuuentute cano fuerit capite, cana barba. Hic pacatis finitimorum odijs, ſacra & cæremonias, ſacerdotem Pontificémque vrbi dedit, Gemini Iani templum condidit, quod apertũ bella, clauſum pacem indicaret. Anno qui prius erat decem menſium, duos addidit: Ianuarium a Iano, Februarium a Februo Sabina lingua, hoc eſt purgatione ſacrificijſque Manium. Regnauit annos duos & XL ſine vllo bello. impium enim exiſtimabant vicini populi, huic tam religioſo regi bellum inferre.

Numa la... datus.

Februar... 12. pro i... trãda mo... rum ani... quiete, o... populus ... lis ſacrifi... circa ſep... accenſis f... cereisq́; i... tus erat. ... ba Feſti.

TVLLVS HOSTILIVS REX III.

A CRI & vehementi ingenio pacis otia rupit: Metium Suffetium victoria Horatiorum trigeminorũ imperio Romano cũ Albanis

additum,

Digitized by Google

additum, quòd fœderibus non ſtetiſſet, quadrigis decerpſit. Duodecim Salios, fanaq; Pallori ac Pauori vouit. Albam longam, vnde erant Romani oriundi, diruit. Nam cum Aeneas ducta Lauinia Latini filia, Lauinium condidiſſet, Aſcanius filius Albam longam in dorſo Albani montis, tranſlatis eò omnibus regni opibus, condidit, ibique trecentos annos a XIII regibus regnatum eſt, vſque ad Numitorem Romuli auum. Hoſtilius itaque populum Albanum Romam migrare iuſſit, addito vrbi Celio monte: fulmine ictus interijt anno regni XXXII.

...ni reges, & quan... iſtic re... ...um.

ANCVS MARCIVS REX IIII.

NEPOS ex filia Numæ Pompilij animi indole auo non abſimilis. Auus enim in pace religiones inſtituit. Hic verò in bello ritum & ius quod fæciales haberent, deſcripſit, multis milibus Latinorum in ciuitatem acceptis. Auentinum Ianiculúmque vrbi, ponte ſublitio tum primùm in Tyberi facto, addidit. Carcerem ad terrorem increſcentis audaciæ, media vrbe imminentem foro ædificauit. In ore Tyberis

...uris belli ...uctor.

Hoſtiam

Digitized by Google

Hoſtiam Coloniam poſuit. Regnauit annos quattuor & XX.

L. TARQVINIVS PRISCVS REX V.

HIC fuit Demarathi Corinthij filius, qui e Gręcia in Italiam tyrannidem fugiens venerat. Tarquinijs veteri Campaniæ oppido Tarquinius eſt natus. vnde Romam profectus, opibus, induſtria & liberalitate, tum ipſum Ancum regem, tum Pop. Romanum ſibi conciliauit, vſque adeò vt rege mortuo, cùm ſupereſſent filij regis, ipſi tanquam tutori commendati, iuſſus ſit a Populo regnare. Centum Senatores veteribus addidit. Ludos inſtructius quàm priores reges fecit. Circo, qui maximus dicitur, locũ, & patribus equitibúſq; vbi ſpectacula ſibi quiſq; facerẽt, deſignauit. Latinos domuit, déque his & Sabinis triumphauit, qui fuit Romæ primus triumphus. muro lapideo vrbem cinxit. Occiſus eſt a paſtoribus, quos ad id ſubornarant filij Anci regis, anno regni XXXIII.

Primus tri umphus.

SERVIVS TVLLIVS REX VI.

TVLLII Corniculani Principis & Ocriſiæ captiuæ filius erat.

 Corni-

Digitized by Google

Corniculo Latinorum oppido capto pater interfectus: mater in aulam Tarquinij adducta eſt grauida, partúmque ibi edidit, ex cuius capite enituit flamma, per quam Tanaquil Tarquinij vxor interpretata eſt regnum infanti portendi. Quocirca illum artibus erudiuit, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur: generúmque ſibi adſciuit, & poſt Tarquinij cædem aliquãdiu cælatam velut ex iuſſu regis, res adminiſtrauit, publicatáque Taquinij morte cum regno permanſit, non tam approbante populo & Senatu, quàm non contradicente. Veientes vicit, ordines & ſuffragia ciuitatis ex cenſu diſtinxit. Cenſum inſtituit, vrbi duos colles, Quirinalem, Viminalémque addidit. Eſquilias auxit, ibíque habitabat. Pomœrium profert, aggere & foſſis & muro ciuitatem circundat. Interfectus eſt iuſſu Tarquinij Superbi generi, anno regni XLIIII.

...agium ...i.

...ns auctor ...ius.

L. TARQVINIVS SVPERBVS, REX VII.

FVIT

VIT hic vt quidam ſcribunt filius, vt alij, nepos Tarquinij Priſci. ex aſperitate morum Superbus dictus eſt. Domi multas fecit cædes. Latium domuit. Gabios arte filij ſe transfugam ſimulantis, expugnauit. Capitolium exſtruxit. votum a patre Priſco Cloacas fecit. Ferias latinas inuenit: vincula, lanceas, fuſtes, latumias, compedes excogitauit. Morem de omnibus Senatum conſulendi ſoluit. Bellum, pacem, ſocietatéſque domeſticis conſilijs adminiſtrauit. In obſidione Ardeæ, cùm Sextus filius vim intuliſſet Lucretię Collatini vxori, eáque coram viro & patre ſe occidiſſet, orta conſpiratione, a Bruto, Valerio, alijsque principibus viris regno pulſus eſt cum tota domo, anno regni XXV. Itaque regnatum eſt Romæ a ſeptem regibus annos CCXLIIII.

Latumiæ vel Latomiæ ſunt lapidicinæ & metalla ſaxaria.

Propter libidines expulſi Romæ reges.

244. annis regnarunt reges.

CONSVLES.

XPVLSIS regibus cœperunt bini ſingulis annis creari Conſules, dicti ſic, non tam quòd Reip. conſulerẽt, quàm quòd Remp. hoc eſt populũ & Senatũ conſulerent. Is magiſtratus

Varro de lingua Latina et Feneſt. Porrò L. Florus vt cõſulere ſe ciuibus ſuis debere meminiſſent, conſules eſſe dictos.

giſtratus erat regius, manſerúntque Romæ Conſules vſque ad annum ab ea condita M.C.LXI. qui fuit principatus Honorij & Theodoſij, quo anno Fl. Tertullo & Fl. Varari Coss. Roma eſt a Gothis capta. Ceterùm poſtquam cœperunt dominari Cæſares, conſulare imperium nullius ferè fuit momenti. Manſit ergo libera integráque Conſulibus dignitas, per annos CCCLXV. a L. Bruto & P. Valerio Coss. primis, ad C. Panſam & A. Hircium Coss. vltimos, qui bello ciuili Antoniano ad Mutinam eodem prœlio ceciderunt. Coss. itaque fuerunt Romæ eo tempore octingenti, præter eos, qui eodē anno caſu aliquo ſubrogati ſunt. Hoc medio tempore vſque ad Cæſares fuerunt Decemuiri legum ferendarum, & Trib. Mil. Conſulari poteſtate: de quibus ordinem temporum ſequentes dicemus.

Cæſarū potentia cōſularem auctoritatem & dignitatem fregit.

Primi & vltimi Conſules.

QVID DOMI FORISQVE VSQVE AD DECEMVIROS ACTVM.

PRIMO anno libertatis Coss. creati ſunt L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus. hoc odio nominis abrogato, ſuffectus eſt P. Valerius

Valerius cui poſtea Poplicolę cognomen fuit. Bruto & Valerio Coſs. Tarquinius bellum intulit Romanis, in cuius belli primo prœlio Brutus cum Arunte Tarquinij filio concurrens, & aduerſarium occidit, & ipſe interijt. quem matronæ tanquam vindicem caſtitatis anno luxerunt. Creatus eſt in eius locum Sp. Lucretius, Lucretiæ pater. quo morbo abſumto, ſuffectus in eius locum M. Horatius Puluillus qui Capitolium dedicauit. Sequenti anno cùm ad Lartem Porſenam regem Hetruſcorum Tarquinius confugiſſet, iterum Poplicola & T. Lucretio Coſs. cum Porſena & Tarquinio bellatum eſt graui & periculoſo bello. Nam Porſena accepto Ianiculo monte, obſedit vrbem. Sed ciuitas erecta in nomen libertatis, & virtuti præpoſitis præmijs, incredibile eſt memoratu, quantum viribus corporis atque animi ad tutandam patriam conniſa ſit, adeò vt Horatius Cocles pontē Sublitium tutaretur ſolus, & Q. Mucius auderet aggredi regem in caſtris, quem confeciſſet, niſi falſus fuiſſet purpura: & Clœlia tranauit Tyberim. Itaque poſtquam

Brutus Cos. occiſus.

Porſena media breui, a Virgilio per Epenth. Porſenna carminis gratia.

Cloelia virgo obſes apud Porſenā deceptis

Digitized by Google

Porſena obſidionem ſoluit, Tarquinius exulatum ad generum ſuum Manilium Octauium Tuſculum abijt. Hic quadraginta Latinorum vrbes aduerſus Romanos concitauit, ingentique exercitu Mãlio duce in agrum Romanum venit.

cuſtodibus ad ſuos per Tyberim tranatauit, reddita a Romanis, honorifice a Porſena remiſſa.

Manulius, Manlius & Manilius ſcribitur.

DICTATOR ET MAGISTER EQVITVM.

METV tanti belli Dictatorem Romani Albanorum more creauere, qui nullo alio tempore creari conſueuit, quàm cùm vis aliqua maior de improuiſo oborta ingentẽ vrbi cladem minitari videretur, anno demum ab vrbe condita CCLII. Poſt exactos verò reges nono, Poſtumio Cominio, T. Lartio Coss. Magiſtratus hic plane regius lictores, vniuerſáque regum inſignia, poteſtatem ſummam vitæ neciſque in capite cuiuſque ciuis Romani habuit. Huic etiam Coss. paruêre. a Dictatore ad populum prouocatio nulla erat. quòd futuros magiſtratus dictare ſit ſolitus, dictator eſt appellatus. Magiſter etiam populi cognominabatur. vnde factum eſt, vt qui poteſtatẽ aliquam de

Dict. regius magiſtrat. ſupra Coss.

Dictator vnde.

Magiſtratus vnde.

Digitized by Google

de publico haberet, magiſtratus diceretur. Huius autem poteſtas quòd ampliſſima eſſet, ſemeſtris tantùm fuiſſe ſcribitur. Dictator primus erat T. Lartius, ſibíque magiſtrum equitum deſignauit Sp. Caſſium. huius magiſtratus prætextu Rempublicam afflixit L. Sulla. Iulius verò Cæſar libertatem Romanam cum repub. oppreſſit. Paullò itaque pòſt T. Lartium, A. Poſtumius Dictator & T. Æbutius Magiſter equitum magnis copijs ad Lacum Regillum venit, & cum Manilio, Tarquinio & Latinis prœlio decertauit, in quo inferiores Latini fuſi fugatíque ſunt. Tarquinius exulatum Cumas ad Ariſtodemum tyrannum conceſſit, ibique fatis conceſſit, anno poſtquã expulſus eſt, duodecimo.

Dictatura ſemeſtris.

Dictator primus.

Dictaturæ prætextu preſſa Romana Reſp.

SECESSIO PLEBIS, ET TRIBVNI EIVS.

DVM vſura eſſet Romæ ingens, nec populus alienum æs poſſet diſſoluere, nec a nexibus feneratorum ex promiſſo patrum liberaretur, plebs armata ſeceſſit in Auẽtinũ, anno

Vſura ſeceſſionis cauſſa.

poſt expulſos reges, XVI. A. Virginio, T. Veturio Coſs. Ad quam a Patribus ſolicitis & trepidis miſſus eſt legatus Menenius Agrippa ſenatorij ordinis vir, ex plebe oriundus, & vt illa ferebat ætas, facundiſſimus, qui memorabili illo Apologo de coniuratione membrorum in vẽtrem, plebem patribus conciliauit. ibiq́ue patres plebi conceſſerunt Tribunos, qui pro plebe aduerſus iniurias magiſtratuũ vigilarent, & grauibus eorum edictis intercederent. ſic primum conſulare ius eſt imminutum. In veſtibulo enim Curiæ vbi Senatus habebatur, ſedebãt, vt quidquid Senatus decreuiſſet, ita demum ratum haberetur, ſi Tribuni approbaſſent. Vnius itaque Tribuni collegis reliquis decernentibus, interceſſio, non tantùm reliquorum magiſtratuum edicta, ſed etiam Rempub. totam non rarò turbauit. Adeò ſacroſanctum magiſtratum ſuum vulgus eſſe voluit, quem nemo ſine capitis ſui periculo, bonorum & famíliæ publicatione violauit. Creati ſunt primi Tribuni C. Licinius & L. Albinus, qui tres collegas ſibi adſciuerunt. fuerúntq; proce-

uni plebi ſſi, & im tum ius lare.

Digitized by Google

procedente tempore, Tribuni plebis nouem, additúſque eſt tandem decimus, ſic dicti, quòd tribuum ſuffragijs crearentur, vt habet Pompon. de origine iuris. *Vnde T ni appell.*

PAVLLO POST BELLARE CVM VOLSCIS COEPTVM.

BELLVM postea cum Volſcis eſt geſtum, quod fuit ferè anniuerſarium. duce Cn. Marcio Coriolano Romano exule Volſci graue bellum populo Romano intulêre, omnibúſque eorum oppidis vi expugnatis caſtra ad quinque milia paſſuum ab vrbe poſuerunt. Arma interim expediri a Romanis propter varias voluntates plebis & patrum non poterant. Flexus tandem eſt Coriolanus, & lenita acerbitas animi lacrymis matris, vxoris, filiarum, & aliarum matronarum, exercitúmque dimiſit. Duobus annis pòſt promulgata eſt lex agraria a Sp. Caſſio Conſule, quæ ſemper magnorum in vrbe motuum cauſſa fuit. Bella hinc incepta cum Veientibus, Aequis, Hernicis, Fidenatib. & alijs vicinis gentibus, quæ multos per annos virtutem Romanam exercuerunt. Fabij

Coriolan ul Volſc dux fact

Lex agr motuũ ca fuit.

Digitized by Google

trecenti & ſex qui bellum aduerſus Veientes depopoſcerant, inſidijs Veientium ad vnum ſunt occiſi. ex ea gente vnus eſt paruulus domi relictus, qui familiam poſtea reparauit. Anno ab vrbe condita CCLXXXII exercitus Romanus ab Ap. Claudio Cos. decimatus eſt, quòd odio Conſulum & nobilitatis, media pugna in Volſcos, locũ deſeruiſſet. Poſt annos decem Capitolium eſt a ſeruis & exulibus captum & recuperatum. Magnæ per hos annos contẽtiones, inter patres & patritios ex vna, Tribunos plebis & plebem, ex altera parte exſtitere: dum vtrique ad ſe plurimum conantur de Repub. trahere. Anno CCXCV L. Minucius Cos. ab Æquis obſeſſus eſt, ad quem liberandum L. Quinctius Cincinnatus ruri operi ruſtico intentus Dictator a legatis ſalutatus eſt. qui liberauit conſulem, vicit Æquos, de his triumphauit, eáque omnia intra decimum ſextum diem: ſtatímque Dictatura ſe abdicauit.

natus Ro *s exerci-* *tor in* *uæſitus.*

DECEMVIRI LEGVM FERENDARVM CREATI, ET PAVLLO POST ABROGATI.

ANNO

ANNO libertatis quinquageſimo ſeptimo, quàm cōdita verò Roma eſt CCCII, iterum mutatur forma ciuitatis, ab Cōſulibus ad Decemuiros, quemadmodum ab regibus antè ad Conſules venerat. Tranſlatio imperij minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit. Læta enim principia magiſtratus eius nimis luxuriauere: eo citius lapſa res eſt. Repetitúmque duobus vti mandaretur, conſulum nomen imperiúmque. Sp. itaque Tarpeio, A. Haterio Coss. dum diu inter plebem & patres de ferendis æquis vtrique parti legibus, déque legumlatorib. certatū eſſet, tandem Athenas ad deſcribēdum Solonis leges, cognoſcendáq; aliorum Græcorum inſtituta, mores, iuráque, legati miſſi P. Sulpicius Camerinus, Sp. Poſtumius Albus, & A. Manilius. qui cùm redijſſent, abrogatis ceteris magiſtratibus, etiã Trib. plebis, iuſſiſque Coss. ipſis P. Horatio & Sex. Quinctilio ante tempus abire dignitate, Decemuiri legibus ferendis ſiue ſcribendis, ſummo cum imperio ſine prouocatione creati ſunt Ap. Claudius

Regil-

Sic. pito uius 301 pon. ann bit.

Regillenſis, T. Genucius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Horatius, T. Romulius, Sp. Poſtumius. Decimo die ius populo ſinguli viciſſim reddebant, eóque die penes ipſum qui ius diceret, faſces duodecim erant, & lictores, moderatúmque fuit eo anno eorum imperium. Decem tabulas in foro propoſuerunt, quibus ius ciuile Quiritum continebatur, eæque comitijs magnis, quæ Centuriata dicebantur, ingenti totius populi conſenſu approbatæ & receptæ ſunt. Cùm verò exijſſet rumor, poſſe totum corpus Romani iuris abſolui, ſi decem tabulis duæ adderentur, ſtudia hominũ ad Decemuiros proximis comitijs iterum creandos, ne legibus quidquam deeſſet, accendit. Tum etiam ne conſules crearentur, quorum nomẽ cœperat iam non minus eſſe apud plebem odioſum quàm regum. ſiquidem tribunicium auxilium mutuis interceſſionibus fragilius indies atque imbecillius fiebat. Comitijs igitur cum præeſſet Ap. Claudius, per ſummã ambitionem, peſſimoque exemplo, ſeipſum decemuirum

iterum

Digitized by Google

iterum creat,collegáſque addidit M.Cornelium Maluginenſem, M. Sergium, L. Minucium Augurinũ, Q. Fabium Vibulanum, Q. Pœtelium, T. Antonium Merendam, K.Duilium,Sp.Oppium Cornicinem, M'. Rabuleium, qui Idib. Maij, quæ tum erant ineundis magiſtratibus ſolennes, cùm centum & viginti lictoribus,totidem faſcibus ſecuribúſque,in publicum prodiêre, cum priores decemuiri ita ſeruaſſent, vt vnus faſces haberet, nũc duodenos ſinguli præferebant,ad ingentem non plebis ſolùm, ſed patrum patriciorúmque terrorem. aliquandiu æqualis inter omnes terror fuit, paullatim totus vertere inter plebem cœpit. Tabulæ duæ adiectæ iam erant, & Idus Maij poſt annum vertentem redierant, nec decemuiri abibant magiſtratu,nec comitia indicebant. Incurſionem Æqui & Sabini hac opportunitate in agrum Romanum fecêre. Exercitus Romæ magnis contẽtionibus ſcriptus. Sed odio ducum qui ex decemuiris erant, vinci ſe per ſuum atque illorum dedecus patiebantur. Interea Ap. Claudius, libibine ſtuprandæ Virgi-

Al.Co
Al.Ra
Romæ
ſtratu
Maij,
kal.Ia
bant.

Digitized by Google

Virginiæ omnia iura humana & diuina violauit, ſubornauítque qui eam aſſereret in ſeruitutem. Quod cùm reſciſſet pater Virginius qui erat Centurio, ex caſtris propere in vrbem venit. Cúmque videret nulla ratione filiam ab iniuria decemuiri ſe poſſe liberare, cultro eam lanij transfodit, populúmq; ex facinore ad libertatem vocauit. Is etiam rumor ſubito in caſtra perlatus effecit vt milites ſignis & ſuis Imperatoribus deſertis, in ſacrum montem confugerent, quò vrbana plebs frequẽs conuenit. Ita coactis eiurare magiſtratum decemuiris, pœnas ſui impotentis dominatus dedere. Nam alij ſe interfecerunt, vt Appius & Oppius. Alij exulatum iuerunt, bonáque eorum publicata ſunt, reditúmque eſt ad Coss. & Trib. plebis.

iciat … *poſt* … *es de=* … *ũ po=* … *ſique*

TRIBVNI MILITVM CONSVLARI POTESTATE.

PAVLLO pòſt plebs armata patrib. aduerſa, auxilio ſuorum tribunorum fulta, voluit conſulare imperium ſibi eſſe cum patricijs commune. quod ne fieret, patricij omni vi cõniteban-

nitebantur, negantes eſſe ius fáſque hominem de plebe conſulare imperium adipiſci. tandem per Tribunos plebis perfectum eſt, ne Conſules crearentur, ſed Tribuni militum cōſulari poteſtate, vt quando diceretur nefas eſſe plebeios Conſules fieri, Tribuni certè militares eſſe poterant. Is itaque magiſtratus creatus eſt, qui idem iuris haberet quod Conſules, quæ res primum in caſtris militari ſeditione a Virginio mota eſt. Plebs verò hoc agebat, vt ad ſummum imperium poſſet pertingere, & patres cùm res tueri aliter non poterant, modò ne conſulatus cum plebe vulgaretur, paſſi ſunt Tribun. militum creari conſulum poteſtate. Sed ex plebe nullus eſt electus. Patricij itaque tres pro duobus Cōſulibus Tribuni facti ſunt, L. Atilius, A. Sempronius, T. Cloelius, anno vrbis conditæ CCCIX.

Inconſtanti[a] & Ambiti[o] populi.

TRIBVNI MILITVM IN EXERCITV.

Huc vſque [Ale]xander H[ali]carnaſſeus.

E RAT hic primus honoris gradus in caſtris. Romulus enim primus inuenit, ſic nominatos,

quòd

[Digiti]zed by Google

-ium Tri- quòd ſingulis tribubus dediſſet ſingulos.
militum. quorũ munus erat coërcere militem ne vagaretur: vt armis bene munitus, exercitationis vſu, & diſciplina eruditus accederet, proſpicere: caſtra ad militares exercitationes producere, ægros & annonam curare, quæſtionibus commilitonum minoribúſque litibus ius dicere: vigilias circumire, ne ſegniter obirentur. Erant in ſingulis legionibus quaterni, ſic
-ulci in Pō a ſuperioribus illis diſtincti, quòd hi ru-
o Læto. fuli, illi verò comitiati, quòd Romæ comitijs deſignabantur, dicti.

CENSORES.

ANNO a condita Roma CCCX, M. Geganio Macerino, T. Quinctio Capitolino Coss. cùm populus multis annis manſiſſet incenſus
Coss. prius propter bellorum curas, quæ ab eo nego-
cenſebant. tio conſulum animos auocabant, nec differri diutius cenſus poſſet, inuentus eſt ei rei proprius magiſtratus. Cenſores di-
-nſores bini cti a populo cenſendo, bini ſunt creati,
-inquẽnio. L. Papirius Mugillanus, & L. Sempronius Atratinus. eorúmque poteſtas initio quinquennalis fuit. Hoc nanque tempore

Digitized by Google

pore condebatur luſtrum, populúſque ſue, oue, tauro luſtrabatur. idque ſacrificium, Suouetaurilia, deinde litteris aliquot euphoniæ gratia tranſpoſitis Solitaurilia dictum eſt. Poſt duo luſtra cenſorum inſolentia, magiſtratum hunc annuũ Mam. Æmilius Mamercinus Dictator C. Iulio, L. Virginio Coss. eſſe iuſſit. Cenſores itaque creati C. Furius Pacilus & M. Geganius Macerinus. Iſque magiſtratus tantum poſtea auctoritate valuit & imperio, vt penes eum ius poteſtáſque morum, decoris, dedecoríſque & centuriarum & ſingulorum hominum eſſet, vt & mouere e Senatu & equum publicum adimere, & ærarium facere poſſet. Bellis deinde ſociali & ciuilibus Marianis Lepido Sertorio inualeſcentibus, reipublicæ corrupta diſciplina moribúſque magiſtratus hic intermiſſus eſt. Sed cùm iam flagitia ſceleráque ciuitatis eſſent intolerabilia, cenſores populo Romano opera Pompeij Magni ſunt redditi, creatíque Cn. Cornelius Lentulus & L. Gellius. P. autẽ Clodius Tribunus plebis legem tulit L. Piſone, A. Gabinio Coss. ne

Suouetau[rilia]

Cenſorum [auc]toritas & [po]teſtas.

Intermiſſa cenſura.

Digitized by Google

quem Cenſores in ſenatu legendo præterirent, néue qua ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, vtriuſque cenſoris ſententia damnatus eſſet.

QVID DEINDE ACTVM DOMI FORISQVE VSQVE AD ROMAM CAPTAM A GALLIS.

Post Cenſores primum creatos vſque ad vrbem captam a Gallis promiſcue Coss. & Trib. militum Cons. Poteſt. tenuêre, belláque cũ finitimis populis geſſerunt. quæ non admodum ad rem facit commemorare. cũ ad Traſinam oppugnandam Fabius Ambuſtus, Trib. milit. conſ. poteſtate profectus eſſet, eámque diripuiſſet reducto domum exercitu, ſtipendium eo anno cœptum eſt de publico militib. dari: & tributum inſtitutum. Quarto anno pòſt creati ſunt octo tribuni militũ Cons. Pot. cœptúmque tum primum in obſidione Veiorum ſub pellibus hibernare ne a militia decederent. Anno decimo poſtquã inceperant Veios Romani obſidere, expugnauit eos M. Furius Camillus dictator, inuectúſque eſt in vrbem triumphans curru

[Stipen]dium mi[litib]. e publico [primum] datũ.

curru albis equis iunćto. Actum eſt per *Ingratitu*
trib. plebis de migrando Veios pulchri- *populi.*
orem vrbem Romana. Huic rei patricij
omnes impedimento fuerunt. Veienta- *Præda Ve*
na præda cum non eſſet militibus diuiſa, *tium non*
inuidiam Camillo fecit. Itaque ad popu- *uiſa inuid*
lũ accuſatus ab L. Apuleio trib. pleb. ſolũ *cauſſa.*
exilij gratia vertit. dicta eſt inſuper abſen- *Camillus*
ti multa quindecim milium æris grauis. *exul.*

VRBS ROMA A GALLIS CAPTA.

CVM diuerſi Tranſalpinæ Galliæ populi diuerſis temporibus in Italiam ſuperatis Alpibus veniſſent, ſedéſque varijs in locis cepiſſent, Senones qui vltimi penè tranſiêre, eam incoluêre regionem, quæ eſt inter Vfentem fluuium, qui ex Alpib. decidens in Padum influit, & Atheſin amnem, qui in Alpib. Tridentinis ortus Veronam interfluens in Adriaticum mergitur mare. Hos ab Arunte ſolicitatos tradunt bellũ Cluſinis feciſſe, ad quos a Senatu tres Fabij Ambuſti filij legati ſunt miſſi, vt iniurijs & ſociorum cęde abſtinerent. Cumq; legati contra ius gentium regem Gallorũ ſum-

Senonum ſedes.

t Gallorũ tis ibi armis obtruncaſſent, Gallos mire
us. incenderunt. Ita Cluſinis relictis, ad vrbẽ
recta profecti ſunt. Interim Tribun. mili-
m Trib. tum Conſular. poteſt. Romæ creantur
. Conſul. ſeptem, inter quos erãt ijdem tres Fabij.
t. Romanus exercitus Gallis occurrit ad
Alliam fluuium, qui Tyberi miſcetur, ibí-
que infęliciter a Romanis fuga ſibi con-
ſulentibus pugnatum eſt. Galli poſtridie
Romam nullo munitam præſidio vene-
re. Nam plerique ex plebe per Ianicu-
lum agróſque dilapſi, vrbes finitimas pe-
tiere. Turba verò Seniorum qui Curules
geſſerant magiſtratus, vt in fortunæ pri-
ſtinæ honorúmque aut virtutis inſigni-
bus morerentur, quæ auguſtiſſima veſtis
eſt Thenſas ducentibus triumphantibúſ-
ius, in me- ue, ea veſtiti in ædium ſuarum veſtibulis
ædium ſe- eburneis ſellis ſedere. Hos cum Galli
venerabundi præter ornatum habitúmq;
humano auguſtiorem, maieſtate etiam
quam vultus grauitáſque oris præ ſe fere-
bat, ſimillimos Dijs intuerentur, ad eos
velut ſimulacra verſi ſtabant. M. Papirius
vnus ex his, dicitur Gallo barbam ſuam,
vt tum omnibus promiſſa erat, permul-
centi,

Digitized by Google

centi, ſcipione eburneo in caput incuſſo, iram mouiſſe: atque ab eo initium cædis ortum, ceteros in ſedibus ſuis truncidatos. Ibique tum primùm vrbem diripiunt, deinde totam incendunt præter Capitolium, in quod Senatus & totius populi robur ſe receperat: anno poſt candẽ conditam CCCLXIII.

Roma cap
& incenſa

ROMA QVOMODO RECVPERATA.

Ex his qui vel e prœlio, vel ex vrbe fugerant, pars Ardeam, vbi Camillus exulabat, pars Veios, pars in alias vrbes proximas conceſſêre. Galli Capitolium obſidebant, faméque premebant obſeſſos, expugnare tamen non audebant, cum ſemel id tentatum infeliciter proceſſerat. tum Camillus immemor iniuriæ ſibi illatæ, memor patriæ, exercitu comparato ſuppetias ciuibus ſuis ferre conſtituit, ſed non ante quàm eſſet legitime ab exilio reuocatus. Itaque per eos qui cladi in Capitolio ſupererant, comitijs curiatis & in patriam reuocatus eſt, & dictator abſens eſt dictus, adſciuítque ſibi magiſtrum equitum L. Valerium. Interea dum Galli explo-

Camilli pi
& ἀμνηςί

Camillus a
exilio reuo
catus.

Digitized by Google

raſſent viam ad arcem,quo venerat ac redierat nuntius a Camillo, & ſilentio noctis tentarent illuc peruadere, dormientibus vigilibus & canibus excitatis anſerum clangore, M. Manlius Gallum qui iam ad ſummum penè conſcēderat, vmbone ictum deturbauit, præcipitémque dedit, & Capitolino ob id facinus inditum eſt ei cognomen. Anſer quoq; qui id detexerat, in lecto: canis qui dormierat, in cruce eſt geſtatus. Cenſoréſque ab eo tempore primum omnium alimenta anſerum locarunt. Obſeſſi cum in delectu faciēdo lentior Camillus eſſet quàm vellent, atque etiam quàm ferre poſſent, auro redimere ſe tentarunt, mille pondo ſunt promiſſa. Sunt qui dicant non tranſactam fuiſſe quæſtionem, ſunt qui tranſactam, ſed aurum non datum, alij & aurum datum volunt. Vulgatior fama eſt, inter appendendum interueniſſe Dictatorem cum exercitu, Gallóſque primum in vrbe cecidiſſe, dehinc Gabina via, quo ſe ex fuga contulerant, ad octauum ab vrbe lapidem exactos funditus deleuiſſe, neque vnum quidem relictum, qui domum

...eres mili... excitant.

...menta an... ...m locata.

mum renuntiare poſſet cladem gentis. Redijt in patriam Camillus triumphans, iocíſque militaribus, qui ſolenni more in triumphis iactabantur, & ſeruator vrbis, & conditor, & Romulus eſt appellatus. Recuperata eſt Roma ſexto mẽſe poſteaquam eſt capta. *Camillus ſeruator vrbis*

QVID DOMI FORISQVE ACTVM VSQVE AD BELLVM PYRRHI.

CVM e Capitolio obſeſſi deſcendiſſent, faciéſque vrbis incenſæ & dirutæ eſſet miſerabilis, de migrando Veios deliberatum eſt: quod ante Gallorum aduentũ ſtante incolumi vrbe quoque accidit. Camillus adhuc Dictator, longa & ſalutari oratione id diſſuaſit. valúitque auctoritas viri, & accepta pro omine, centurionis vox dicentis Sigillifero, cùm in foro eſſet, agmen ſiſte, hîc optime manebimus. Hinc cœpta reędificari Roma, multóq; pulchrior & magnificẽtior ex ruinis ſurrexit, quã ceciderat, niſi ꝙ inęqualior, & vicorũ ſpecie ac ratione parũ ſeruata: feſtinatio enim curã exemit vicos dirigẽdi, dũ omiſſo ſui alieníq; diſcrimine in vacuo ædificãt. Ea eſt cauſſa *Noua R*

quòd veteres cloacæ primùm per publicum ductæ, nunc priuatæ paſſim ſubeant tecta, formáque vrbis ſit occupatæ magis quàm diuiſæ ſimilis. Veteres hoſtes populi Romani Latini, Aequi, Volſci, Hetruſci, non magis odio, quàm contemtu, laceſſere cœperunt gentem Romanã a tanta clade vix reſpirantem. Sed omnes varijs prœlijs bellíſque victi ſunt, & triumphati. M. Manlius Capitolinus cum inuideret gloriæ Camilli, a patribus ad plebem deſciuit, regníque affectati accuſatus, ex eadem arce deiectus eſt, ex qua ipſe Gallos deiecerat. C. Licinius, & L. Sextius Tribun. pleb. ad plebem ferebant, de conſulatu plebeis communicando: cui rogationi cum magnopere aduerſarentur Patritij, Tribun. pleb. comitia eligendis ſummis magiſtratibus impedierunt. Ita Roma quinque annos ſine Curuli magiſtratu ſiue regio fuit.

...nlius Ca... ...li infelix ...ulus.

...na ſine ...giſtratu.

DE MVTATIONE FORMAE REIP.

ANNO a cõd. Roma CCCLXXXVII reditum eſt ad Conſules creandos. patres enim conceſſerunt plebi, vt alter Conſul de plebe crearetur

retur, modò nouus magiſtratus Curulis induceretur, qui domi inter ciues de litibus cognoſceret, quòd Conſules bellis gerendis eſſent occupatiores, iſque Prætor diceretur. Cúmque ob concordiam ordinum ludi magni eſſent voti, nec Ædiles ludorum faciendorum onus recipere vellent, patricij iuuenes ſe in gratiã deorum immortalium ſuſcepturos conclamarũt. Ita eo anno Camillo Dictatore quintum comitia habente, Conſules declarati ſunt L. Æmilius Mamercinus ex patricijs, & L. Sextius de plebe, qui decies Trib. pleb. fuerat, legémque quæ dicta eſt Licinia de communicanda dignitate pertulerat. Prætor Sp. Furius Camillus, eius qui tum erat Dictator, filius. Ædiles Curules Cn. Quinctius Capitolinus, P. Cornelius Scipio. Proximo anno ædilitas quoque plebi communicata eſt. M. Furius Camillus, quinto & trigeſimo poſtquã vrbem recuperauerat anno, maximus domi & foris vir moritur. C. Licinius Cos. legem tulit de quingentis agri iugeribus, qua idem poſtea primus condemnatus eſt.

Digitized by Google

PRÆTORES.

-etoris ame- nominatio.

VETERES magiſtratus omnes qui ius dicerent, poteſtatémque domi & foris in exercitu haberent, Prætores appellauerunt. Sic Dictator dictus eſt maximus prætor, in legibus duodecim tabularum, & Coſs. prætores, tum etiam in caſtris tabernaculum Imperatorum, prætorium, porta prætoria. Procedente deinde tempore, iuris diſceptator, qui priuata iudicabat vel iudicare iubebat, prætor eſt appellatus, penes quem publici priuatíque iuris poteſtas fuit, vt & nouum ius condere, & vetus abrogare poſſet: quódque ipſe dixiſſet, ius honorariũ vocaretur. Initio ſingulis annis ſinguli creabantur, ac primus quidẽ creatus eſt anno CCCLXXXVII. ſed creſcẽte deinceps imperio & gliſcentibus negotijs, anno a condita Roma DX, finito bello Punico primo additus eſt alter, qui inter peregrinos ius diceret, iſque vocatus eſt prætor peregrinus. Acceſſione verò prouinciarũ Siciliæ & Galliæ Narbonenſis, quatuor prætores ſunt facti, duobus ad priores duos additis, in principio belli Illyrici. Paucis poſt primum Punicum bellum annis,

-ctator præ- Max. ap- latus.

-ſules præ- s dicti.

-torium d.

-toris ma- auctoritas

bonorari- quid.

-toris di- us annua.

-or pere- s.

Prætores.

Digitized by Google

annis,duo illorũ ius in vrbe dicebãt,duo res in prouincia adminiſtrabant. aliquot annis poſt ſecũdum bellũ Punicum, nempe anno DLVI,adiecti ſunt alij duo. Itaq; fuere ſex.L. Cornelius Sulla dictator duos huic numero addidit,propter quęſtiones earum legũ quas ipſe ferebat de periurio,de Sicarijs,de falſo & de veneficijs. itaq; octo iam fuêre. Quibus C.Cęſar Dictator duos addidit anno DCCVII Africa iam recepta: atq; idẽ anno inſequenti iã Dictator perpetuus additis quatuor alijs Prætores XIIII creauit. Cæſar verò Auguſtus ex Diui Iulij præſcripto, atque ab ipſo antequam e viuis excederet iam deſignatos XVI creauit Prætores. Ita tamen vt ſtatim ſex huic numero demtis,decem tantùm crearit,poſtea iterum duodecim. Quibus Claudius Cæſar duos alios adiecit qui de fideicommiſſo cognoſcerent & ius dicerent,& XIIII rurſum Prętores fecit. Ex his vnũ T. Cæſar detraxit, Nerua reſtituit, qui inter fiſcũ & priuatos ius diceret. Itaq; fuerunt Prætores in vrbe ſub Cęſaribus duo de viginti. prætoribus eadem inſignia fuerũt quæ regibus & Conſulibus, Sella Curulis, Trabea, niſi quòd lictores

6.Prat. *8.Prat.* *10.Pr.* *14.Pr.* *16.Pr.* *Præto... gnia r...*

lictores tantùm habebant ſex. Hunc magiſtratum communem ſibi plebs fecit, cum patricijs C. Sulpitio Longo, P. Ælio Pæto Conſulibus. Primúſque Prætor de plebe fuit P. Philo.

VARIA DEINDE REIPVB. ROMANÆ FORTVNA.

ANNO ab vrbe condita CCCC altero, cum & ipſo anno & ſuperiore peſtilẽtia laboratum eſſet, ludi ſcenici ſunt inſtituti, & hiſtriones ex Hetruria adſciti. Sequenti anno Curtius in lacum armatus deſilijt, voragóq; clauſa eſt. Bella Gallica ſunt inſequuta, quæ vt maximum terrorem incuſſerunt vrbi, ita ſunt feliciſſime & fortiſſime geſta, in quibus etiam ſingulorum enituit virtus. T. Manlius & M. Valerius prouocantes Gallos ſingulari certamine vicerunt, licet non eodem tempore, Torquatúſque a torque Gallo detracta Torquati inuenit cognomentum, & Valerius ab adiutore coruo Coruinus eſt dictus. Latino bello T. Manlius Torquatus filium, quòd contra iuſſum ſuum cum Latinis extra ordinem pugnaſſet, etiamſi proſperè, capite truncari

truncari iuſſit. Hinc imperia Manliana dicta, cuius etiam pater imperioſus nominatus eſt. Eodem bello P. Decius Mus cùm ſua ex parte acies Romana laboraret, pro legionibus ſe deuouit. Exercitus Romanus ad Caudinas furcas in inſidias præcipitatus & oppreſſus, nudus eſt ſub iugum a Samnitibus miſſus, quam ignominiam Samnites grauibus ſuis damnis victi multis bellis expiarunt. Ijs temporibus Alexander Macedo Aſiam vicit, quem Romani haud dubiè expectabant, vires Italiæ tentaturum. Bellatum eſt aduerſus Appulos, Hetruſcos, Vmbros, Marſos, Pelignos, Æquos, Gallos. In hoc bello quod contra Gallos, Hetruſcos, Vmbros, Samnites, quíque ſimul coniurarant, gerebatur, P. Decius Mus Cos. patris exemplum ſequutus, deuouit ſe pro exercitu ſuo.

Romani ſ[ub] iugum miſ[ſi]. Decius ſe deuouit.

Alexãder [Ma]gnus quid [ad] rerũ apud [Ro]manos ſta[tum] egerit.

BELLVM PYRRHI.

CVM legati Romani a Tarentinis eſſent violati, bellum illis eſt illatum, cum quibus ſe Samnites, Lucani, Brutij, & ex altera parte Hetruſci coniunxere, Pyrrhúmque clariſſimum

Epeiri

Epeiri regem ex Aeacidarum gente, ſtrenuum in primis illa ætate imperatorem, ad ferendam ſibi opem aduocarunt. Venit itaque Pyrrhus in Italiam, armis, hominibus, equis, elephantis terribilis. cum P. Valerio Leuino Cos. feliciter ad Heracleam Silímque fluuium, Romanorum equis noua elephantorum facie cõſternatis, dimicauit, totúmque Campaniæ tractum vſque ad viceſimum ab vrbe lapidem populatus eſt. ſed virtutem Romanorum admiratus, Cyneam Demoſthenis diſcipulum virum facundiſſimum legatum Romam cum muneribus amicitiam petitum, & vt in vrbem reciperetur rogatum miſit. cùm de pace inter eos inclinante ad id Senatu ferè conueniret, ſententia Ap. Claudij Cæci negatum eſt. Cyneas Pyrrho qualis ei Senatus Romanus videretur interroganti, regibus conſtare reſpondit. Hoc anno Cn. Domitius primus cenſor de plebe creatus eſt. Duobus annis poſt ad Aſculum in Appulia Pyrrhus pugnauit, cum P. Sulpicio & P. Decio Mure Coss. æqua ferè pugna. vbi Decius patris & aui virtutẽ ſequutus pro legioni-

-bus pacẽ ... ũ mittit.

-tius Cen-

legionibus ſe deuouit. Hinc in Siciliam Pyrrhus tranſmiſit, tertio cum M'. Curio conſule in Lucania ad Aruſinos campos prœlio commiſſo victus diſceſſit, neceſſarijsque negotijs domũ illum reuocantibus, in Grçciam coactus eſt ſocijs relictis ſexto poſtquã venerat anno redire, a condita Roma CCCCLXXVI magnus vtiq; vir & fortiſſimus, tum miles, tum imperator, cui inter imperatores ſecundum locum Annibal attribuit, cùm primum dediſſet Alexãdro Macedoni. Ijs temporibus incorruptiſſimi & ſanctiſſimi fuerunt Romę mores Fabritij, Curij, & alij diuitiarum & luxus omnis contemtores, floruerunt. C. Fabricius Cenſor L. Corneliũ Lentulum conſularem hominẽ Senatu mouit, quòd argenti facti decẽ pondo haberet.

Pyrrhus in Imperatore ſecundus, [...] mus Alex derMaced[...] Roma bene morata. Cornelius [...] tulus ſena[...] motus ob [...] tias.

QVID DOMI FORISQVE ACTVM VSQVE AD PRIMVM BELLVM PVNICVM.

QVATVORDECIM ſunt anni inter bellũ Pyrrhi, & primũ bellũ Punicum. Bellatũ eſt interea cum multis Italiæ populis, idq; feliciter, anno vrb. cond. CCCCLXXXIIII, C. Fabio Coſ. Quin-

Quinque ante primum bellum Punicum annis, Romæ nummos argenteos bigarum & quadrigarum imaginibus primùm cudere cœperunt. Anno vrbis conditæ cccc xc populus Romanus totam Italiam pacifice poſſedit a Pado flumine ad fretum Siculum. Hinc extrà arma ſunt moueri cœpta.

mmo argẽ cælato cœ- int vti Ro i.

BELLVM PVNICVM PRIMVM.

c Polybij gapolitani riarũ reli ,quæ qui- ad manus ras perue- nt, ordi- ır.

CVM vterque populus Romanus & Carthaginiẽſis, poſſeſſioni Siciliæ, vicinæ ſibi inſulæ, inhiaret, occaſio belli quæſita eſt. Mamertini auxilium contra regem Syracuſanorũ Hieronem & a Romanis & a Carthaginiẽſibus per factiones petierunt, venerúntq; priores Carthaginienſes, & arcem occupauerunt. Romani deinde prodito ſibi Punico præſidio, arcem cepêre. Carthaginienſes crucifixo duce præſidij, bellum magno apparatu populo Romano intulerunt. Annus hic erat a condita Roma cccclxxxix, Ap. Claudio, cui poſtea Caudex cognomentũ, & M. Fuluio Flacco Coſs. Claudius tranſgreſſus fretum, Hiero-

Hieronem, qui ſe Pœnis coniunxerat, vicit. Petenti pax data eſt, ſociúſque & amicus populi Romani appellatus. Sequenti anno primi ludi gladiatorij ſunt celebrati, quos fecerunt filij Iunij Bruti in funere patris. Tertio poſt anno Romani feliciter ad Agrigentum aduerſus Afros pugnarunt. Quinto huius belli anno, Cn. Cornelius Aſina Conſul per ſpecię colloquij euocatus, a Pœnis captus eſt. C. Duilius alter Conſul magno nauali prœlio Afros vicit. Captæ naues xxx, xiiii demerſæ, quę fuit prima naualis victoria, ac proinde populo Romano, vt debuit, lætiſſima: conceſſúmque honoris gratia Duilio, vt quoties e cena rediret, funali accenſo, & præcinente tibicine vteretur. Sexto anno C. Aquillio, L. Scipione Coſs. incerta victoria pugnatum eſt nauibus. Corſica & Sardinia inſulæ a Scipione vaſtatæ ſunt. Septimo anno M. Atilius Regulus & L. Manlius Vulſo prœlio nauali cum Amilcare Carthaginienſium duce conflixerunt. Victoria pro Romanis ſtetit, ſed magno cruore & ingenti iactura parta. Quare Manlius cum bona parte

Ludi gladiatorij.

Prima naualis pugnæ victoria.

D exercitus

Digitized by Google

exercitus ex Africa ſoluit, Romámque contendit. Regulus autem cum reliqua copiarum parte & nauibus quadraginta in Africa remanet. qui cum agros vi béſque intrepidè popularetur, Tunes quoque expugnauit. Ibíque quòd peropportunum bello oppidũ videretur, erat enim Carthagini & prouinciæ oppoſitum, caſtra locauit. Ibíque paullò pòſt terreſtri prœlio Pœnos vicit. quibus tandem fame & obſidione rerúmque omnium inopia preſſis, pacem ſuppliciter orantibus, niſi acerbiſſimis & morte ipſa grauioribus conditionib. dare Regulus noluit. Tanta itaque Romani conſulis ſuperbia Carthaginienſes irritati, accerſito Xanthippo Lacedæmonio, viro in bellis exercitatiſſimo, magno prœlio Romanos ſuperarũt, & capto Regulo triumpharunt. Adeò inglorium ac turpe eſt duci exercitus, ob res ſecundas atque ex animi ſententia fluentes inſoleſcere, & in fortuna potius quàm in virtute ſpem ſitam habere. Vincere nouit Regulus, ſicut & bello Punico ſecundo Annibal: victoria vti nõ nouit. Decimo anno M. Æmilio Paullo, Ser-

oppidũ ecim mil ſſuum a igine fu id a Ca- Quincto e anno xpugna dem eſſe .

a acer- animi in nocuit .

luſus.

riarum

lo, Ser. Fuluio Nobiliore Coss. Romani nauibus pugnauerũt feliciter, ſed poſt pugnam Romana claſſis ingens naufragium fecit, amiſſis quod penè fidem excedit CCCLXXXIIII nauibus, quę partim vndis abſorptæ ſunt, partim ſcopulis illiſæ. Cadauera Romana totum impleuere litus. Hic eſt annus Romæ cond. CCCCC. Sequenti anno Cn. Seruilio Cæpione, C. Sẽpronio Blæſo Coss. Romani naufragium etiã paſſi ſunt, C & L amiſſis nauibus, ita vt patres de eo genere prœliãdi penè deſperarent. Duodecimo anno. L. Cęcilius Metellus, cuius collega erat C. Furius Pacilus, ad Panormũ cum Aſdrubale duce Carthaginienſium proſpere conflixit. XIIII demum anno C. Atilius Regulus II, L. Manlius Vulſo II, Coss. Carthaginienſes Lelybæum ſe recipere cõpulerunt. M. Atilius Regulus captiuus a Carthaginienſibus miſſus eſt Romã, vt cõmutationem captiuorum ſuaderet. quã cùm in curia diſſuaſiſſet, retinentibus liberis & neceſſarijs, toto etiam Senatu precante, vt maneret in patria, Carthaginem redijt, non ignarus ad intolerabiles cruciatus

næ fidei cemplum. ire ſe. fidem tamen etiam hoſti datam liberare maluit, quàm molliter in patria viuere. Ita Carthagine crudeliter afflictus interijt. *Faſti Capi n & Poly iib. 1. alij Claudius.* P. Claudius Pulcher nauale prœlium infeliciſſime commiſit 200 ferè nauib. perditis, cæſiſque in exercitu militũ prope XL milibus. Hanc ignominiam ſequutum eſt fœdum Iunij Bruti alterius Conſulis naufragium. Tandem poſt annum ab incepto bello vigeſimum ſecundum C. Lutatio Catulo, A. Poſtumio Albino Coss. ad Aegades inſulas ſexto Idus Martias ingenti nauali prœlio opes Carthaginienſium fractæ ſunt, pacémque *cum Carthaginieñſibus.* ſuppliciter petentibus Lutatius conſul dedit, vtroque iam populo bellis & diuturnis & varijs fatigato, tributúmque Carthaginienſibus imperatum eſt, & inſulæ omnes Tyrrheni maris in ditionem Romanorum ceſſere. Durauit hoc bellum continuos quatuor & viginti annos, omnium ſanè quæ ad noſtram memoriam peruenêre longiſſimum, & præter Cæſaris cum Pompeio, grauiſſimum & maximum. *ximũ bel & grauiſ m.*

QVID

QVID DOMI FORISQVE ACTVM VSQVE AD SECVNDVM PELLVM PVNICVM.

ANNO poſt perfectum primum Punicum bellum, pax erat vndique Romanis. Itaque (quod ſignum erat pacis) Manlius & Atilius Coss. templum Iani clauſerunt. Anno DXIII, C. Claudio Cēthone & M. Sēpronio Tuditano Coss. L. Liuius Liuij Salinatoris libertus primam fabulam dedit Romæ, iſque fuit primus poeta Latinus. proximo anno natus eſt Q. Ennius poeta, Rudijs oppido Salentinorum. Anno DXX Sp. Caruilius Ruga primus diuortium cum vxore ſua ſterilitatis cauſſa fecit. Ligurib. & ceteris Alpinis gentib. bellum eſt illatum. Victi ſunt Ligures ab Aelio & Poſtumio. Cum Galli Tranſalpini Ciſalpinis ſe coniunxiſſent, magno terrore affecerunt Romanos. itaque exercitus ex Romanis & ſocijs & nomine latino ſcriptus eſt, ſepties centenûm milium peditum, equitum verò LXX. Iſtæ erant tunc vires Italiæ, ſine Tranſpadanis, qui per id tempus hoſtes erant populi Roma-

Prima fa[...] data.

Diuortiū [...]mum ca[...] ſterilitati[...]

li Romani. L. Æmilio Papo, C. Atilio Regulo Coſs. Gallos vicêre, primum Æmilius, deinde Flaminius, poſtremo M. Claudius Marcellus Cos. qui etiam ter opima ſpolia de Viridomaro Gallorum rege retulit. Bellum poſtea Illyrijs eſt illatum, quòd Romanum legatũ iubente eorum regina violarant. Hos Cn. Fuluius Centumalus domuit. Cum Iſtris etiam bellatum eſt, quòd Romanas naues intercepiſſent. Hos vicit Minutius Rufus, ſed non incruenta victoria. Atque hæc quidem omnia intra tres & viginti annos.

c Tentan ...llatam vo ...,alij Ten= ...alij Tēſan

SECVNDVM BELLVM PVNICVM.

A MILCAR dux Carthaginienſium primo Punico bello filios tres genuit, Annibalem, Aſdrubalem, & Magonē. Cauſſa huius redintegrati belli fuit perfidia & indignatio Amilcaris, cui Barce cognomentum erat. hinc Barceus iuuenis apud Silium Italicum Annibal dictus. Hic enim bello Siculo, cum Carthaginienſes nauali prœlio profligatos terra mariq; premi cerneret, tempori conſulendum ratus, pacem quidem ſic inijt

...us Italicus ...iſſimus tē= ...Domitia= ...oeta, car= ...ſuum de= ...& ſeptem ...orum inci= ...binc.

ſic inijt cum Romanis, vt animi occultam indignationem non deponeret, quin opportunitatem aliquam prȩſtolabatur, qua Romanos vlciſci poſſet. & niſi turbulento mercenariorũ militum motu res Carthaginienſium vexari cœpiſſent, ictum ex neceſſitate cũ Q. Lutatio Cercone Cos. fœdus e veſtigio violaſſet: ſed inteſtino malo impeditus, bellũ in aliud tempus ſimulatione fœderis diſtulit verius quàm abſtulit. nam paullò pòſt tumultu domi qui per mercenarios milites excitatus erat, compoſito, relicta Africa traiecturus vt bellũ portaret in Hiſpaniã, ſtudens hac quaſi præparatione vti ad bellum felicius poſtea cum Romanis gerendum, Annibalẽ filium, annos nouem natum ſacrificante ſe Ioui altaribus admouit, raptaque pueri dextera iurare cõpulit, vt cùm primùm per ætatem liceret, hoſtis eſſet populo Romano. Ad hanc Amilcaris indignationem, totius quoque populi, plurimorúmque primariorũ, factionis præſertim Barchinæ, indignatio acceſſit. Amilcar itaque ante hoc bellum decem annos vita functus, imperium & milites in

Vidẽdum quibus i[...] tur fœ[...] principes pace con[...] tur.

Hiſpania genero ſuo Aſdrubali ſtrenuo duci reliquit. Huic poſtea a morte intercepto ſucceſſit Annibal. qui in Hiſpania declaratus Imperator, initia belli cū Romanis quæſiuit, oppugnata Sagunto, ſocia Romanorum ciuitate. ob quam iniuriam cùm Romani bellum Carthaginienſibus denuntiaſſent, capta Sagunto Annibal in Italiam per Galliam & Alpes, maximo cum exercitu, victis omnibus gentibus quę obſiſtere conabātur, tranſiuit, & in Italia ad Ticinum amnem, & ad Trebeam, & ad Traſimenum lacum tribus ingentibus prœlijs Romanos vicit. Q. Fabius Maximus Dictator, primus intellexit tam inuictum exercitum mora non viribus eſſe frangendum. cunctando itaque tempus conabatur extrahere: idcirco Cunctator eſt appellatus. Porrò C. Terentius Varro Cos. tertio belli huius anno ad Cannas cum Annibale infeliciter conflixit. qua pugna cum Senatoribus octoginta, Conſularib. triginta & altero Cos. L. Aemilio Paullo, XLV milia Romanorum deſiderata ſunt: ita vt multi ex nobilibus Romanis de

Italia

Italia deſerenda deliberare cœperint, quos P. Scipio, qui poſtea Africanus eſt dictus, minis retinuit. Hoc vulnere ad priora addito, parum abfuit quo minus Roma ipſa caderet: & cecidiſſet, ſi vt cõſulebat Hanno vir nobiliſſimus, recta a Cannis Annibal ad vrbem voluiſſet contendere. Sed diuertit in Campaniam, vbi luxu & voluptatib. Campanis eneruatus, minórque quotidie & imbecillior eſt factus. Claudius autem Marcellus Prætor docuit Annibalem poſſe vinci. Nam irruptione ex Nola facta, feliciter contra eum congreſſus eſt. Sed nec Annibal quantum potuit ſibi, tametſi iã ſuis rebus ciuili inuidia cadentibus, defuit. Aduerſam enim fortunam arte corrigebat. atque poſt hæc omnia etiam Tarentum cepit, & Centenium Penulam cũ octo milib. militum cecîdit, & Cn. Fuluium Prætorem magno prœlio ſuperauit, & ad tertium ab vrbe lapidẽ ſuper Anienem fluuium caſtra poſuit, ipſe vſque ad portam Capenam cum duobus equitum milibus venit, & alterum Proconſulem Cn. Fuluium proſtrauit, & egregi-

Voluptat. tiſſimum peratoren gère.

 um bel

um bello virum M. Claudium Marcellum quintùm Cos. in inſidias a ſe præcipitatũ interemit. Tandem anno decimo tertio belli P. Cornelius Scipio cos. cum traieciſſet in Siciliam, & inde in Africam, Annibalem ex Italiæ poſſeſſione inuitum & repugnantem detraxit. coactus enim eſt opem ferre patriæ, quæ Romanorum armis vaſtabatur, ibique victus a Scipione ad Antiochum Syriæ regem fugit. tum Carthaginienſes pacem petiêre ſupplices, quam impoſito tributo impetrarũt: Scipióque triumphauit, atque a prouincia deuicta Africanus cognominatus eſt. Finis eſt impoſitus huic periculoſiſſimo bello anno XVII poſtquam eſt cœptum, Cn. Cornelio Lentulo, P. Allio Pæto Coſs. a condita Roma DLII.

[...]loſiſſi[...] bellum.

QVAE EODEM TEMPORE ACTA, ET POTENTIA FORTVNAQVE POPVLI ROMANI.

ANTE belli huius initium a Cenſorib CCLXX ciuium Romanorum milia cenſa ſunt. ingentes ſanè vires, nec minus admirabilem fortunam populi Romani tunc temporis exſtitiſſe,

tiſſe, vel hoc documento fuerit, quòd eodem tempore, quo cum Annibale bellũ tam periculoſum & graue gerebatur, propiores periculo fuerunt, qui vicêre, quã victi. Octo ſeruorum milia cum liberi deeſſent, armare contra morem coacti ſunt. In medio verò bello C. Claudio Nerone, & M. Liuio Salinatore Coſs. & P. Sempronio Tuditano, M. Cornelio Cethego Coſs. vix media huius numeri pars cenſa eſt. Præterea armis deſtituti, ſacra arma templis detraxere. carentibus pecunia matronæ aurum & argentum ſuum in publicos vſus dedêre. Interim tamen & cum Afris in Italia & in Hiſpania, & cum Siculis in Sicilia, & cum Sardis in Sardinia, & cum Gallis ad Padum & Alpes, & cum Philippo in Macedonia, Acarnanibúſque in Græcia, bellum gerebatur. Porrò ad omnia hæc bella mittebãtur exercitus. Subinde verò ſupplemẽta ſinę exercitibus, quos in Italia varios habebãt. nec vllo in bello quãuis prœlijs victi permultis ſuccubuerunt. Eodẽ quo dixi anno Nerone & Liuio Coſs. tres & xx legiones reſpub. in Italia & extra Italiam

Serui con morẽ arm

Vno tẽpo varijs loc Romanis gnatum.

quot mi ꝯ poten uli Ro= oc tem=

liam habuiſſe ſcribitur. Porrò Legionem ſex milibus peditum cenſent, equitibus quingentis. Binas legiones habuerunt Conſules in Italia. Quatuor militabant in Hiſpania, duæ in Sicilia, totidem in Sardinia, duæ item in Gallia, duæ in Hetruria, Brunduſij duæ, & circa Tarentum duæ, & apud Salentinos totidem, vna Capuæ: tantũ hoc tempore bellum Macedonicum aduerſus Philippum eſt intermiſſum.

PROVINCIAE ROMANORVM AD HOC TEMPVS.

pro=

VICTIS primo Punico bello Carthaginienſib. Sicilia Romanis ceſſit. Ea fuit prima prouincia, quanuis non tunc tota, ſed ſecundo Punico bello interfecto Hieronymo Hieronis amici ſocijque populi Romani filio tota fuit Romanorum, rectáque eſt per prætores ſingulos & queſtores binos, Syracuſanum, & Lilybitanum. Secunda fuit Sardinia cum Corſica, quam poſt primum Punicum bellum motu Africæ Romani a Carthaginienſibus interceperunt, & hæ inſulæ per prætores ſunt admini-

la pro=

administratę. Tertia eſt Hiſpania duplex, citerior & vlterior. in qua res geſtæ ſic ſe habent. *Tertia prouincia.*

RES IN HISPANIA GESTÆ.

ROMANVS exercitus in Hiſpania ante ſecundum bellum Punicũ nullus fuit. Primo anno eius belli ea prouincia decreta eſt P. Cornelio Scipioni Conſuli, qui cum fratre Cn. exercitum in Hiſpaniam per montes Pyrenæos duxit. Ibique non tam cum Hiſpanis res fuit Scipionibus, quàm cum Afris, nec Hiſpania vnquam tota aduerſus Romanos conſpirauit, ſed per partes intra ducentos annos expugnata eſt. bellatum eſt enim in Hiſpania a Scipionib. ad Auguſtum Cæſarem, hoc eſt, ab anno poſt conditam Romam DXXXV, vſque ad DCCXX. Quanquam non continenter, ſed quandoque intermiſſis bellis. Itaque P. & Cn. Scipiones primùm multos populos Romanorum imperio in Hiſpania ſubegêre. Hanc Scipio Africanus P. filius totam vſque ad Gades citra & vltra Iberum amnem domuit, duæque prouinciæ ſunt factæ, citerior & vlterior, & per præto-

prætores adminiſtratæ, quanquam interdum & conſules ad bellum gerendum ſunt eò miſſi. Nam M. Porcius Cato ſenior in ſuo Conſulatu Celtiberos ibi multis prœlijs vicit, ac fregit. Deinde Ti. Gracchus, qui bis fuit Conſul, centum & quiquaginta vrbes eorundem euerti imperauit. D. Iunius Brutus Conſul vſque ad Oceanum cum exercitu peruenit: Scipio Africanus poſterior Numantiam deleuit, magnámque partem Hiſpaniæ quæ rebellauerat, recepit. cum Viriato Luſitanorum duce periculoſè per XIIII annos bellatum eſt. Bello Sartoriano tota penè Hiſpania defecerat, eam Pompeius Magnus recuperauit. C. Cæſar dictator populos qui rebellauerant in ea ſubegit, victis itidem bello ciuili Pompeij liberis L. Afranio & M. Petreio, & M. Varrone Pompeianarum partium. Cantabri & Auſtures qui montib. ſe tutabantur & penè inuicti permanſerant, tandem a Cęſare Auguſto perdomiti ſunt. Poſt id tēpus Hiſpania omnis quieta vſq; ad tempora Gothorum Romanis paruit.

QVID DOMI FORISQVE ACTVM VSQVE AD TERTIVM BELLVM PVNICVM.

MEDIO ardore belli Punici ſecundi, bellum Philippo Macedoniæ regi illatum eſt, quòd is occultum fecerat cum Annibale fœdus. Hoc bellum propter Aetolos & Attallũ regem ſocios & amicos populi Romani, quibus inſidiabatur Philippus, intermiſſum. Confecto demum ſecundo bello Punico, repetitum eſt propter querelas Athenienſium, quos Philippus & Acarnanes vexabant. Hinc regem T. Quinctius Flamininus magna virtute vicit, & pacē illi dedit, & veterem Græciæ libertatem reſtituit. Annibal cum a Scipione Africano victus ad Antiochum Syriæ regem confugiſſet, illum multa ſuadēdo & hortando aduerſus Romanos incēdit. Ita bellum eſt in Syria geſtum, primũ ab M'. Acilio Glabrione Cōſule, deinde a L. Scipione Africani fratre, cum eius legatus eſſet Africanus ipſe. Rex eſt a Scipione ſuperatus, & iuſſus vltra Taurũ montē regnare. Scipio a deuicta Aſia Aſiaticus eſt appel-

…litiæ pri… …m in vrbē …ectæ.

appellatus. Exercitus eius Aſianas delitias in vrbem inuexit. Africanus cùm bis Conſul & Cenſor fuiſſet, accuſatus a Neuio tribuno plebis, quòd magnam Antiochenæ prædę partem interuertiſſet, ne patriæ quietem turbaret, Linternum in voluntarium exilium iuit: ibiq́ue moriens vxori mandauit, ne oſſa in patriam reportaret ingratam. L. Æmilius Paullus de Liguribus triumphauit. M. Cato cum L. Valerio Flacco Cenſuram egit ſeueram & acrem. Eodem anno, quo Scipio eſt mortuus, Annibal quoque interijt in Bithynia veneno hauſto, cùm ad eum a Pruſia rege depoſcendum miſſus eſſet T. Quinctius Flamininus: ad hunc nanque regem ſe contulerat poſt fractas Antiochi opes. Mortuus eſt eodem anno & Plautus poëta comicus. Bellatum eſt interea proſpere contra Celtiberos, Vaccheos, & Luſitanos in Hiſpania. Perſes filius Philippi Macedoniæ Rex a Carthaginienſibus ſolicitatus, bellum aduerſus Romanos moliebatur, contra quem primùm miſſus eſt P. Craſſus Conſul, qui leuib. aliquot prœlijs proſperè cum eo dimica-

…rata Roma …ioni pro …tis benefi…

…nnibalis …mors.

…uti mors.

dimicauit, deinde Q. Marcius Philippus, poſtremo L. Aemilius Paullus ſecundùm Conſul regem in Samothracia cepit, déque eo triumphauit: ingentémque pecuniæ vim in ærarium intulit. Populus Romanus hoc tempore vſque adeò creuit, vt reges, Romanorum ſe libertos appellarent. cùm Eumenes rex Romam veniſſet, & non liqueret amicúſne eſſet, an hoſtis, ne excluſus videretur ſi amicus, Catone auctore lata eſt lex, ne cui regum liceret Romam ingredi. Geſta ſunt & alia bella in Gallia, Hiſpania, Italia, Illyrio & Dalmatia. Hic eſt annus a condita Roma duodeſexcenteſimus. tunc creati Coſs. in proximum annum, & in tertium quoque introductus eſt mos deſignandi Conſules. *Conſules designati.*

BELLVM TERTIVM PVNICVM.

ANNI ſunt inter ſecundum & tertium bellum Punicum XLIX anno vrbis conditæ DCII. altero L. Licinio Lucullo, A. Poſtumio Albino Coſs. Cœptum eſt in ſenatu agi de bello Carthagini inferendo, quòd a legatis Romanis magna vis naualis materiæ

Carthagini eſt inuenta. Cato Cenſorius id faciendum cenſebat. Cornelius Scipio Naſica, qui vir optimus eſt dictus, vehementer diſſuadebat. Poſt duos annos M'. Manilio, & L. Marcio Cẽſorino Coss. Cato perſuaſit ſenatui, nõ modò vt bellũ Carthagini inferretur, ſed etiam ne illinc exercitus diſcederet, quouſque eſſet funditus deleta. Cùm a Conſule copiæ eſſent in Africam traductæ, Carthaginienſes afflicti iam ante a Maſiniſſa rege Numidarum legatos ad Conſulem miſerunt, qui nomine Senatus Carthaginienſis dicerent, facturos quidquid Romani imperaſſent. cùm traditis armis & nauibus & trecentis iuuenibus ex nobiliſſimis ciuitatis obſidibus iuberentur decem millibus paſſuum magis intra mediterranea vrbem condere, ea quam tunc incolerent diruta, maluerunt extremam fortunam bello experiri. Illo anno ancipiti Marte bellatum eſt. Sequenti, L. Calpurnio Piſone Conſule, felicius ferè bellatum eſt a Carthaginienſibus, quàm a Romanis. Tertio anno P. Cornelius Scipio Æmilij Paulli Macedonis filius,

qui

qui in familiam Corneliam tranſierat, à filio Scipionis Africani adoptatus, legibus ſolutus ante legitimum tempus Conſul eſt factus, eique ſine ſorte Africum bellum mandatum eſt. Hic reformata diſciplina militari, grauiter preſſam obſidione Carthaginem expugnauit, atque incendit: durauit incendium XVII dies. Deleta eſt Carthago DCC anno poſtquam eſt condita. *Cart[hago] dele[ta]*

QVID POSTEA DOMI FORISQVE ACTVM VSQVE AD BELLVM NVMANTINVM.

ANNO Romæ conditæ ſexcenteſimo ſeptimo, Cn. Cornelio Lẽtulo, L. Mummio Coſs. cum Corinthij Romanorũ legatos pulſaſſent, Mummius Achaiam totam in deditionem accepit, Corinthúmq; ex ſenatuſconſulto incendit. Thebas deinde & Chalcidem diruit, quòd auxilio Corinthijs fuiſſent. Andriſcus quidam filium ſe Perſæ finxit, quem Macedoniam turbantem Demetrius Syriæ rex captum Romam miſit. deceptis verò cuſtodibus, *Belli[...] cum. Corin[thus in]cendi[tur]*

 cùm in

Digitized by Google

cùm in Macedoniam redijſſet, Philippum ſe appellauit, armáque contra Romanos cepit. Hunc vicit Q. Cæcilius Metellus. qui ob id Macedonicus eſt dictus. Tunc
i in Macedonia in prouincię formam redacta
For= eſt. Tres itaque Romæ celeberrimi tri-
a. umphi ferè vno tempore fuêre, Africani ex victa Africa, ante cuius currum ductus eſt Aſdrubal: Metelli ex deuicta Macedonia, cuius currum præceſſit Andriſcus, quem alij Pſeudophilippum nominant: Mummij ex Corintho deuicta, antequē ſigna ænea, pictæ tabulæ, ceteráq; ornamenta.
tus. Sub hoc tempus Viriatus in Luſitania, ex paſtore venator, ex venatore latro, ex latrone ob ſtrenuitatem dux repentè factus, totam Hiſpaniam ad arma concitauit: propter triginta milia Luſitanorum, quæ Ser. Galba iniquè trucidauerat. Deuicit autem M. Ventidium, C. Plancum, P. Claudiū prætores Romanos. Annos verò quatuordecim cum Romanis bellum nullo vnquam prœlio ſuperatus geſſit, tandem a proditorib. opera Q. Seruilij Cæpionis Cos. qui aduerſus eum fuerat miſſus, interemtus eſt.

BELLVM

BELLVM NVMANTINVM.

CVM Numantini Segigenſes ſocios & cognatos ſuos arma Romanorum fugientes in vrbem recepiſſent, Megara duce armis ſunt etiam tutati. Quare bellum eſt illis a Romanis indictum, quod ipſi quatuordecim annos ſtrenuiſſime geſſerunt. cæſa ſunt plerunque Romanorum 30. milia a quattuor milibus Numantinorum. Cum Q. Pompeio Conſule, quem expugnare poterant, fœdus fecerunt, quod Senatus reprobauit. C. Hoſtilium Mancinum deinde Conſulem, ad fœdus ignominioſum compulerunt, cùm poſſent ipſum cum toto exercitu delere. Nec id quoque fœdus ſenatui placuit. more maiorum ad id expiandum conſul hoſtibus eſt deditus. Miſſus eſt poſtremò Scipio Africanus poſterior, ſecundùm conſul. Is reſtituta ſeucriſſimè diſciplina militari, Numantinos ſecũdis aliquot prœlijs fatigauit, compulsóſque intra vrbem & obſeſſos ad extrema tentanda adegit. Poſtremò Numantini ſe, coniuges, & liberos, partim ferro, partim veneno ſuſtulêre.

Num ipſos guunt

Vrbem totam incendêre. Scipio de ſolo triumphauit nomine, anno Romæ conditæ DC. vndeuigeſimo.

QVID DOMI FORISQVE ACTVM VSQVE AD SEDITIONEM TIBERII GRACCHI.

BELLATVM eſt interea cum multis Hiſpaniæ populis, partim infeliciter, partim proſpere. D. Iunius Brutus Cos. victis Callaicis ad Oceanum vſque Occidentalem eſt progreſſus. Vaccei eodem modo ſe interemerunt, quo Numantini. Vardei in Illyrico ſunt ſubacti, & Schordici in Thracia.

TI. GRACCHI SEDITIO.

TI. Sēpronius Gracchus bis Cōſul, bis triumphalis & cenſor fuit. inter reliquas proles quas tulit ex Cornelia minore Africani prioris filia, Tiberium & Caium Gracchos genuit, altiſſima indole iuuenes. quorum Tiberius maior natu ſub Scipione in Africa & ſub Hoſtilio Mancino in Hiſpania

nia meruerat. Summa prædituſ eloquẽtia, qua malam cauſſam ſuſtinere, & in iuſti honeſtíque materia inexpugnabilis eſſe potuit. Pauperum enim adſtante plebe cauſſam agens, dicere ſolebat, Feras in Italia luſtra atque tectum habere, quò ſe recipiãt; illis verò qui quotidie pro Italia pugnant & intereunt, præter aërem ignémq; nihil in Italia eſſe, ſine domo, incertis ſedibus cum liberis & coniugibus vagari. Mentiri autẽ imperatores Romanos, cum milites hortantur, vt pro aris atque focis aduerſus hoſtes depugnent: carere enim ijs Romanos ciues: ſed pro aliena luxuria opulentiáque pugnare, pro alijs vulnera & mortes ſubire, dominos orbis terrarum verbo quidem appellari, re verò terræ glebam non habere. His & huiuſmodi verbis in concionibus grauiter & cum iuſta indignatione iactatis, & plebeio fauore receptis, aduerſariorum nullus audebat reſiſtere. Factus itaque tribunus plebis, veterem Liciniam legem renouauit, qua cauebatur, ne quis plura quàm quingenta agri iugera poſſideret. Motus potiſſimum *Licinia*

videtur ad hanc legem ferendam Tiberius, quòd diuites Romæ cœpiſſent agrorum penſiones augere, pauperéſque excludere. Agros enim vicinis hoſtibus ademtos Romani partim diuidere, partim in publicum redigere, & egenis ciuibus pro modica penſione vtendos dare conſueuerant. Senatus ergo & ditiſſimus quiſque huic legi aduerſabatur. intercedebat M. Octauius Tribunus plebis, ſed victis diuitibus & Octauio tribunatu abrogato, lex eſt perlata creatis triumuiris agrorum diuidendorum ipſo Ti. Graccho latore legis & C. eius fratre, qui ad Numantiam ſub Scipione militabat, & Ap. Claudio Tiberij ſocio. Deinde cùm ſeriò fieret diuiſio agrorum, potentiáque Tiberij indies creſceret, Senatores cœperunt in Tiberium grauiter inuehi: Scipio Naſica cohortatus Conſules vt rempublicam tuerentur, cum eos cunctatiores cerneret, dixit, vt ſe ſequerentur, qui leges & rempublicam ſaluam eſſe vellet. Ita in capitolium ſequente Senatu eſt ingreſſus, in quo erat Tiberius cum populo congregato, agens de continuatione tribuna

tribunatus, impetuq́ue in eum facto, fragmentis ſubſelliorum eum interfecerunt, & alios cum eo nonnullos ei perquam neceſſarios, cadaueribus omnium in Tyberim abiectis. Atque hæc prima fuit ciuilis diſcordia, in qua ad cruorem vſque progreſſum eſt, anno poſt conditam Romam DCXVII.

Prima ci[...] & ſanguin[...] ria diſcord[...] Romæ.

BREVIS ENARRATIO EORVM QVÆ SECVTA SVNT VSQVE AD CHRISTVM NATVM.

SEDITIONI Gracchorum Balearicum bellũ ſuccedit, quod Q. Metellus qui inde Balearicus eſt dictus, confecit. Allobroges a Q. Fabio Maximo victi. Iugurthę vires & opes Q. Metellus Numidicus fregit, C. Marius oppreſſit, & Iugurtham captum ante currũ in triumpho egit. ibi ſtatim idem Marius ad Cimbros & Theutonos in Italiam tranſgreſſos cum exercitu profectus, eoſdem magna felicitate funditus deleuit. P. Malleolus primus omnium pœnam paricidij matre interemta ſubijt.

Balearicu[...] bellum.

Allobrogic[...] bellum.

Bellũ Iug[...] num a Sal[...] deſcriptu[...]

Cimbricu[...]

Paricidiũ [...] mum.

 Sequi-

Digitized by Google

ciale bellum. Sequitur hic ſtatim bellum ſociale inter omnes ferè Italiæ populos, quòd promiſſa a M. Liuio Druſo ciuitas non præſtaretur. in quo primùm varia fortuna pugnatum eſt: fuit tandem victor populus Romanus. Sequutum bellum ciuile Marianum inter Mariũ & Sullam. victus Marius in Africã exulatum abijt. Poſt aliquot annos reuocatus, & cũ Cinna in vrbem receptus eſt. Ibi tum Cn. Octauius, M. Antonius Orator, & L. Cæſar iugulantur: Mariusq́ue ſeptimùm Conſul voluntaria morte diſceſſit. Bellum interim Mithridaticum Sulla ſatis proſpere geſſit, idémque bellum ciuile Marianum ſecundum aduerſus Marij filium ſuſcepit: quo profligato Dictator in foro ciuium bona ſub haſta vendidit. Dictaturam autem poſt annos duos depoſuit. Cn. Pompeius qui poſtea Magnus eſt dictus, reliquias bellorum ciuilium perſequutus eſt. Tumultum Lepidi extinxit. M. enim Aemilius Lepidus Conſul Sulla mortuo ciuilia mouit arma, ſed ſubitò oppreſſus eſt. Idẽ aduerſus Mithridatem regẽ Ponti proſpere pugnauit, illúmque vicit. Bellum etiam

Marianum. *Mithridaticum.* *Lepidi tumultus.*

Digitized by Google

Piraticum bellum.

Cōiuratio Ca linæ a Sallu

etiam Piraticum mira felicitate & celeritate confecit. Pullulabat ſub hoc ferè tēpus coniuratio L. Sergij Catilinæ, quam auctoribus aliquot in carcere necatis M. Tullius Cicero Conſul ſuſtulit, qui ob id poſtea P. Clodio Tribuno plebis rempublicam perturbante, cum ſummo ciuium Romanorum mœrore vertere ſolum coactus eſt. Sed poſt decimum ſextum menſem ingenti cum gaudio omnium reuocatus eſt. Paullo pòſt C. Iulius Cæſar Conſul miſſus in Galliam Tranſalpinam, eam totam cum parte Germaniæ intra decem annos ſubegit. M. Craſſus cum filio a Parthis cæſus eſt ad Carras. Hic bellum ciuile Pompeianum cœpit, inter Cæſarem & Pompeium graue & periculoſum, quod varijs in locis, a varijs ducibus variè geſtum Cæſar tandem obtinuit, Dictaturámque arripuit perpetuam. Fuit hoc bellum omnium ferè bellorum maximum. Cauſſa verò huius præter alias præcipua fuiſſe putatur, Tribunorum ex vrbe expulſio. Poſt tres annos a Bruto & Caſſio, Tullio Cimbro, & Seruilio

Bellum ciu. Pompeianu Cæſaris Co mētario de lo Gallico a iungitur.

Caſca

Caſca ceteríſq; in Senatu viginti tribus plagis confoſſus eſt, cuius funeſtus interitus bellorum ciuilium denuo cauſſam miniſtrauit. Nam cum M. Antonio A. Hircius & C. Vibius Panſa Coſs. prœlio decertarunt, in quo ad Mutinam vterque Conſul deſideratus eſt. Sunt qui hoc anno liberum verúmque conſulatum totiúſque populi Romani libertatem elanguiſſe ſcribunt. Hîc triumuiratus M. Antonij, M. Lepidi & Octauij Cæſaris ſequutus eſt, & ingens proſcriptio virorum illuſtrium, inter quos M. Tullius Cicero. Tum bellum ciuile Antonius & Octauius contra Brutum & Caſſium geſſerunt, quos in Philippicis campis vicêre. mox alterum ciuile inter Octauium & L. Antonium triumuiri fratrē ſubſecutum eſt, quem diu grauitérque Peruſiæ obſeſſum, Octauius ad deditionem coëgit. Paullò ante Ventidius Perſas & Parthos in Syriam irrumpentes, tribus bellis maximis fudit, regémque eo die in Aſia interfecit, quo Craſſus apud Parthos caderet. Sed M. Antonius vno vix caſtello expugnato pacem cum Antiocho fecit, vt ipſe tantam

ellum ciuile.

riũuiratus.

roſcriptio M. Ciceronis.

tam

tam rem abſoluiſſe videretur. Ventidium Syris præfecit, iuſſitque vt Antiocho bellum inferret, quem continuò victum in deditionem recepit. Tum quoque inter Octauium Cæſarem & Sex. Pompeium Cn. filium terra mariq; ancipiti ſæpe fortuna prœliatum eſt. Poſtrema demum pugna ſuperatus Pompeius in Aſiam fugit. vbi cùm inſtaurare tentaret bellū, ab Antonianis interfectus eſt. Paullò pòſt bellū ciuile Antonianū ab eodem eſt geſtum, & M. Cicerone Ciceronis Oratoris filio Cos. contra M. Antonium Triumuirum & Cleopatram Ægypti reginam. Ad Accium victus eſt Antonius nauali prœlio, & in Aegyptum cum Cleopatra fugit, ibique vterque ſe interfecit. ita tandem vniuerſum imperium in C. Octauium recidit, qui Iulij Cęſaris ex ſorore nepos, & ab eodem ex dodrante ſcriptus heres, in familiam nomẽnque adoptatus ante fuerat. hic itaque C. Octauius Cæſar pace terra marique parta Auguſtus primus eſt appellatus. Imperij huius anno XLI, a condita Roma DCCLI natus Ieſus Chriſtus, rex pacis, Seruator generis humani, *Ieſus Chriſtus natus.* octauo

Digitized by Google

octauo kal. Ianuar. Octauius principatum Rom. ſolus LVI annis feliciter & moderatè tenuit. Ceterùm ad prouinciarum & tanti imperij tutelam, quatuor & quadraginta legiones in armis habuiſſe commemoratur, & in ſingulas legiones annua, vt nonnulli rationem inierunt, ducenta ſeptuaginta duo aureorum coronatorum milia diſtributa ſunt. Cui ſucceſſit Tiberius. qui cùm imperaſſet annis octodecim, pro ſalute noſtra cruci affixus eſt & mortuus ſecundum carnem CHRISTVS. Tiberio demum vita functo poſtquam Romanis viginti tribus annis imperaſſet, Caligula Germanici filius ſuccedit, & ita conſequenter, ſinguliq́ue Cæſaris Auguſti appellatione vſi, mortuiq́ue inter deos cognomento Diui ſolenni ceremonia relati ſunt.

Numerus militum ad tutelam imperij et ſtipendiorum ſumtus hoc tempore.

Hæc ceremonia apud Herodianum deſcribitur.

STATVS POPVLI ROMANI POST INCEPTAM MONARCHIAM.

Cæſarũ hiſtorias Suetonius, Herodianus.

REMPVBLICAM itaque Romanam a principatu Auguſti vſq; ad captam a Gothis Romam per qua-

per quadringentos annos plus minus Cęſares Auguſti adminiſtrarunt, magna ex parte flagitioſi & ſcelerati. Creabantur quidem Conſules, & quaſi facies aliqua priſtinę adminiſtrationis manebat, ſed nomine tenus duntaxat: nam vnus omnia & erat & poterat. Senatus populúsque & magiſtratus omnes ad aſſentationem vnius verſi, maiorum ſuorum obliti fortitudinis & libertatis, aliud nihil quàm titulos inanes, & ingloriós honores curabant, quibus viciſſim Cæſares crudeliter & turpiter abuſi inſolentiſſimi exſtiterunt. Nam penes militem in caſtris, creandi Cæſaris ius poteſtáſque diu permanſit. quod genus hominum inſolens & flagitioſum, vt ſuæ libidini patronum aliquando quæreret, Romanum imperium vęnum exercuit. Tanta itaque maieſtatis mole indigniſſimi & impotentiſſimi plerunque homines onerati verius quàm ornati, magnitudineque fortunæ, quam ferre & ſuſtinere non poterant, ebrij, humanæ naturæ finibus exciderunt, plurimáque intolerabilis nequitiæ, portentoſæ libidi-

Spartian Lāpridiu pitolinus, ſius, Mai nus, Pōp deſcripsēr Diurnale ctiões ve peratorun Aug. vſq Hadriani ſarem Ta poſteris r quit.

libidinis, incredibilis denique feritatis exempla poſteris reliquêre.

orum bis ... m Volae... nus con... it.

POST captam a Gothis Romam & dirutam cum paucis antè annis Vandali Galliam inuaſiſſent, & Hiſpaniam ſuperato Pyrenæo, Cęſares Romani Conſtantinopoli vixerunt. Italia per præfectos adminiſtrata eſt vſque ad Carolum magnum Pipini filium, in quem Romanus pontifex ius imperij tranſtulit. Conſtituti poſtea per Germaniam ſeptemuiri, qui Cæſarem eligerent. quare ex Germanis principibus ferè ſemper ad hoc faſtigium deſignabantur. qui cum plurimum in Germania permanerent, ſedem imperij Romani, totámque Italiam Pontifici gubernandam reliquere: quod genus adminiſtrationis adhuc hodie manet.

...m electo ...mp:rij p ...aniam.

(✻)

SEX. RVFI V. C. DICTATORIS MAGISTRI MILITVM, BREVIARIVM RERVM GESTARVM PO. RO.

AD VALENTINIANVM AVGVSTVM.

Innumeris locis ad fidem antiquiſſ. exemplarium reſtitutum



BRVGIS FLAND.
Ex officina Huberti Goltzij,
M. D. LXV.

Digitized by Google

SEX. RVFI V. C. DICTATORIS, MAGISTRI MILITVM, BREVIARIVM RERVM GESTARVM PO. RO.

AD VALENTINIANVM AVGVSTVM.

D. N. VALENTINIANO Imperatori Pio, Perpetuo, ſemper Auguſto Sex. Rufus V. C.

BREVEM fieri clementia tua libellum præcepit: Parebo libens, quippe cui deſit facultas latius eloquendi: ac morem ſequutus calculatorum, qui ingentes ſummas *ære breuiori exprimũt: res geſtas ſignabo, nõ eloquar. Accipe ergo quæ breuiter dicta breuius computentur: vt annos & ætatem Reip. ac præteriti facta temporis, non tam legere glorioſe Princeps quàm numerare videaris. Ab vrbe igitur condita in ortum perennitatis veſtræ, quo proſperius factum imperium Ro. ſortitus es, anni numerantiur M. C. X & VII. Sub Regibus CCXLIII, ſub Conſulib. CCCCLXVII, ſub Impe-

...is breuioris.

...õgum† Mil ...ntũ decem ...ſeptem.

Imperatoribus CCCCVII. Regnauerunt Romæ per annos CCXLIII reges ſeptem. Romulus regnauit annos XXXVII. Senatores per quinos dies annum vnũ, Numa Pompilius annos XLIII. Tullus Hoſtilius annos XXXII. Ancus Martius annos XXIIII. Tarquinius Priſcus annos *XXXVII. Seruius Tullius annos XLIIII. *xxxvi

Tarquinius Superbus expulſus regno eſt anno XXV. Conſules fuerunt a Bruto & Publicola in Panſam & Hirtium numero DCCCLXVII, prȩter eos qui in †eundem †eodem annũ ſorte aliqua ſunt ſubrogati, per annos *CCCCLXVII. †Quadraginta nouẽ an *ccccx nis Romæ Conſules defuerunt, ſub De- † Nouẽ e cẽuiris annis duobus. Sub Tribunis militum annis XLIII. Sine magiſtratib. Roma annis fuit IIII. Imperatores ab Octauiano Cæſare Auguſto vſque ad Iouianũ fuerunt *XLIIII per annos CCCCVII. * Quadra Sub his igitur tribus imperandi generi- ta tres. bus, hoc eſt Regio, Conſulari & Imperatorio, quãtum Roma profecerit breuiter intimabo. Sub Regibus ſeptem per annos CCXLIII nõ amplius quàm vſque ad portum atq; Oſtiã intra octauum decimũ

F 2 milia-

Digitized by Google

miliarium a portis vrbis Romæ, vtpote adhuc paruæ & a paſtoribus conditæ, quum finitimæ circum ciuitates premerent, Romanum proceſſit imperium.

Sub Conſulibus, inter quos nõnunquam & Dictatores fuerunt, per annos ſimul
CXLVII *CCCCLXVII. vſq; trans Padum Italia occupata eſt. Africa ſubacta Hiſpaniȩ acceſſerũt. Galliȩ & Britanniȩ tributariæ factæ
icum ſunt. inde †Illyrici, Iſtri, Liburni, Dalmatȩ domiti ſunt. Ad Achaiam tranſitũ eſt. Mã-
ijs cedones ſubacti. Cum Dardanis, *Mœſis & Thracibus bellatum eſt: etiam ad Danubium vſq; peruentum. In Aſia expulſo Antiocho primũ pedem poſuêre Romani. Mithridate victo Ponti regnum occupatum, & Armenia minor quam idem tenuerat, armis obtenta eſt. In Meſopotamiam Ro. peruenit exercitus. Cũ Parthis fœdus initũ eſt. Contra Corduenos ac Saracenos & Arabas bellatum eſt. Iudæa omnis victa eſt. Cilicia & Syria in poteſtatem populi Romani venerũt. Ægypti reges fœderati erant. Sub imperatoribus verò per annos quadringentos ſeptem, quum diuerſa Reipubl. fortuna multi

multi Principes imperarent, acceſſerunt Romano orbi, Alpes maritimæ, Alpes †Cottiæ, Rhetiæ, Noricæ, Pannoniæ, *Mœſiæ, & omnis ora Danubij in prouinciam eſt redacta. Pontus omnis, Armenia minor, Oriens totus cum Meſopotamia, †ac Syrijs, Arabia & *Ægypto ſub imperij Romani iura tranſiuit. Quo autem ordine ſingulas prouincias Romana Reſpublica aſſecuta ſit, infrà oſtenditur. Prima prouinciarum Sicilia facta eſt. Eam victo Hierone Siculorum rege Marcellus Conſul obtinuit. Deinde a prætoribus recta; poſtea eſt commiſſa præſidibus: nunc a Conſularibus adminiſtratur. Sardiniam & Corſicam Metellus vicit, qui & triumphauit de Sardis, qui rebellauêre ſæpe. Iuncta adminiſtratio harum inſularũ fuerat, pòſt ſuos Prætores habuit: nunc ſingulæ a ſuis præſidibus reguntur. In Aphricam pro defenſione Siculorũ Romana *tranſmiſſa ſunt ſigna. Ter Aphrica rebellauit: ad extremũ deleta per P. Scipionẽ Carthagine, prouincia facta eſt: nunc ſub Proconſulibus agit. Nimidia ab amicis Regibus teneba-

†Cocciæ,
**Myſia*
†Aſſyrij.
**Ægyptu*
**arma tr miſſa ſunt*

tur; ſed Iugurthæ ob necatos Adherbalem & Hyempſalem Micypſę regis filios, bellum indictum eſt: & eo per Metellum Conſulem attrito, per Marium capto, in populi Romani poteſtatem Numidia peruenit. Mauritaniæ a Boccho obtentæ ſunt. Sed ſubacta omni Africa, Mauros Iuba rex tenebat, qui in cauſſa belli ciuilis a Iulio Cæſare victus mortem ſibi propria manu conſciuit. Ita Mauritaniæ noſtræ eſſe cœperunt: ac per omnem Africam ſex prouinciæ factæ ſunt. Ipſa vbi Carthago eſt proconſularis, Numidia Conſularis, Byzaçium Conſularis, Tripolis & Mauritaniæ duæ, hoc eſt Sitifenſis & Cæſarienſis ſunt † Præſidales. Hiſpanis primum auxilium aduerſus Afros per Scipiones tulimus. Rebellantes Luſitanos in Hiſpania per D. Brutum obtinuimus, & vſque Gades ad Oceanum mare peruenimus. Poſtea ad Hiſpanos tumultuantes D. Iunius Silanus cum exercitu miſſus eos vicit. Celtiberi in Hiſpania ſæpe rebellauêre: ſed miſſo minore † Africano, cum exçidio Numanticæ ſubacti ſunt

ræſidiales *Scipione*

ſunt. Omnes penè Hiſpaniæ belli Sertoriani occaſione, per Metellum & Pompeium in*deditionem acceptæ ſunt: poſtea prorogato † in quinquennium imperio, a Pompeio perdomitæ. Ad extremum quoque ab Octauiano Cæſare Auguſto, Cantabri, Aſtures qui freti montibus reſiſtebant, deleti ſunt. Ac per omnes Hiſpanias ſex ſunt nunc prouinciæ, Tarraconenſis, Carthaginenſis, Luſitania, Gallicia, Betica. *Transfretum etiam in ſolo terræ Africæ prouincia Hiſpaniarum eſt, quæ †Tingitanica Mauritania cognominatur. Ex his Betica & Luſitania Conſulares, ceteræ *Præſidales ſunt. Cum Gallis populus Romanus grauſſima bella habuit. Galli enim etiam illam partem Italiæ, in qua nunc Mediolanum eſt, vſque ad Rubiconem fluuium tenebant, in tantum viribus freti, vt Romam ipſam bello peterent: & cæſis exercitibus Romanis apud Alliam fluuium, mœnia vrbis intrarent, Capitolium obſiderent, ad cuius arcem ſexcenti nobiliſſimi Senatores confugerant

*in diti
†quinq
* Trãſfr
† Tingi cogn.
*Præſid. factæ.

Digitized by Google

ibris

qui mille auri *pondo ſe ab obſidione redemerunt. Poſtea Gallos victores remeantes, Camillus qui in exilio erat, collecta † de agris multitudine oppreſſit. aurum & ſigna quæ Galli ceperant, reportauit. Cum Gallis multi Conſules, Prętores ac Dictatores, euentu vario conflixerunt. Marius Gallos de Italia expulit: & tranſſcenſis Alpibus feliciter aduerſus eos pugnauit. Ceterũ C. Cæſar cum decem legionibus, quæ quaterna milia militum Italorum habuerunt, per annos octo, ab Alpibus ad Rhenum vſq; Gallias ſubegit. Cum Barbaris vltra Rhenum poſitis cõflixit: In Britanniam trãſiuit; Decimo anno Gallias & Britannias tributarias fecit. Sunt in Gallia cũ Aquitania & Britãnijs prouinciæ XVIII. Alpes maritimæ, prouincia Narbonenſis, Viennẽſis, Nouempopulana, Aquitaniæ duæ, Lugdunenſes duæ, Alpes Graiæ, Maxima Sequanorum, Germaniæ duæ, Belgicæ duæ. In Britãnia, Maxima Cæſarienſis, †Flauia, Britãnia prima, Britannia ſecunda. Illyricum ab ora maritima paulatim aggreſſi ſumus. Leuinus Cõſul Ha-

atque

ęx

ina vel
na

driaticũ atq; Ionicũ mare primus ingreſſus maritimas obtinuit ciutates. Creta ꝑ Metellum †Proconſulẽ,qui Creticus dictus eſt, prouincia facta eſt. Græcis in fidem noſtrã confugientibus, ad Achaiam acceſſimus. Athenienſes aduerſus Philippum Macedonũ regem auxilium noſtrũ petierũt. Libera diu ſub amicitijs noſtris Achaia fuit: ad extremum legatis Romanorum apud Corinthum violatis, per L. Mummium *Proconſulem capta Corintho Achaia omnis obtenta eſt. Epirotæ qui aliquando cum Pyrrho rege, etiam ad Italiam tranſire præſumſerant, victi. atque Theſſali ſimul cum Aelimorum & Macedonum regionibus nobis acceſſerunt, Macedonia ter rebellante, ſub Philippo, ſub Perſeo, ſub Pſeudophilippo. Philippum Flaminius, Perſeum Paulus, Pſeudophilippũ Metellus oppreſſit: quorum triumphis Macedonia quoque populo Romano adiũcta eſt. Illyricos, quia Macedonibus auxilium tulerant, ex eadem occaſione per L. Anicium Prętorem vicimus, & eos cum rege Gentio in deditionem accepimus. Dardanos & Mæſios Cu-

*Conſulem

*Conſulem

os Curio Proconſul ſubegit, & primus Romanorum ducum ad Danubium vſque peruenit. Sub Iulio & Octauiano Cæſaribus per Alpes Iulias iter factum eſt: Alpinis omnibus victis Noricorum prouinciæ acceſſerunt. Bathone Pannoniorum rege ſubacto in ditionem noſtram Pannoniæ venerunt. Amantinis inter Sauum & Drauum proſtratis, regio *Sanenſis ac ſecundorum Pannoniorum loca obtenta ſunt. Marcomanni & Quadi, de locis Valeriæ, quæ ſunt inter Danubium & Drauum, pulſi ſunt: & limes inter Romanos ac Barbaros ab †Auguſta Vindelicûm per Noricum, Pannonias ac Mœſias eſt conſtitutus. Traianus Dacos ſub rege Decibalo vicit, & Daciam trans Danubium in ſolo Barbarico prouinciam fecit, quæ in circuitu decies centena milia paſſuum habuit. Sed ſub Galieno imperatore amiſſa eſt, & per Aurelianum tranſlatis exinde Romanis, duæ Daciæ in regionibus *Mœſiæ ac Dardaniæ factæ ſunt. Prouincias habet Illyricus ſeptem & decem. Noricorum duas,

uenſis

Auguſto
Vindeliciā

* *Myſiæ*

duas, †Pannoniarum duas, Valeriam, *Sauiam, Dalmatiam, †Mœſiam, Daciarum duas. Et in Diocefe Macedoniæ ſunt ſeptem, Macedonia, Theſſalia, Achaia, Epyri duæ, Præualis & Creta. In Thracias Macedonici belli occaſione tranſcurſum eſt. Sæuiſſimi omnium gentium Thraces fuerunt. In *Thraciæ regionibus Scordiſſi habitauerunt pariter † crudeles & callidi. De quorum ſæuitia multa fabuloſè * memorantur, quòd hoſtijs captiuorum Dijs ſuis aliquando litauerunt, atq; humanum ſanguinem in oſſibus capitum potare ſunt ſoliti. Sæpe per eos Romanus eſt cæſus exercitus. M. Didius vagantes Thracas repreſſit. M. Druſus intra fines proprios continuit. † Minutius in Hebri fluminis glaciæ vaſtauit. Per Appium Claudium Proconſulem, hi qui * Rhodopen incolebant victi ſunt. Europæ maritimas vrbes antea Romana claſſis obtinuit. M. Lucullus per Thracias cum Beſſis primus conflixit, ipſámque caput gentis Thraciam vicit. Hæmimontanos ſubegit, Eumolpiadam, quæ

†*Pannon*
* *Suauii*
**Sueuia*
†*Myſian*
**Thraci*
†*crudele*
lidum g
**narrant*
†*M. Mi*
Rufus
**Rhodop*

Digitized by Google

quæ nunc Philippopolis dicitur, Vſcudamam, quæ modò Adrianopolis nominatur, in ditionē noſtrā redegit, Calyben cepit. Supra Pontum poſitas ciuitates occupauit, Apolloniā, *Callatim, † Phthinopolim, Tomos, Iſtrum, ad Danubium vſque perueniens, Romana Scythis arma monſtrauit. In ditionem Reipub. ſex Thraciarum prouinciæ ſunt† acquiſitæ, Thracia, †Hemimon, *Mæſia inferior, Scythia, †Rhodope, Europa, in qua nunc ſecundæ arces Romani orbis ſunt conſtitutę, Conſtantinopolis. Nunc eas partes, totúmque orientem ac poſitas ſub vicino ſole prouincias, qui auctores ſceptris tuis parauerint, explicabo, quò ſtudium clementiæ tuę, quod in ijſdem propagādis habes, amplius* excitetur. Aſia ſocietate Attali regis nota Romanis eſt, eámque Attali teſtamento relictam hereditario iure poſſidemus. Ne quid tamen Pop. Ro. non viribus partum haberet, arma per nos ab Antiocho Syriarum rege maximo eſt vindicata. Eadem occaſione etiam Lydia ſedes antiqua regnorum, Caria, Helleſpontus, ac * Phrygiæ in poteſta-

len
tan
henopo-
uiſitæ
imontis
a
tur.
gia

teſtatem Populi Ro. iuncta deditione peruenerunt. Rhodijs & Inſularum populis primùm infeſtiſſimis, pòſt fideliſſimis auxiliatoribus vſi ſumus. Ita Rhodus & Inſulæ primùm liberæ agebant, poſtea in conſuetudinem parendi, Romanis clementer prouocantibus, peruenerunt: & ſub Veſpaſiano principe Inſularum prouincia facta eſt. Pamphyliam, Lyciam, Phrygiam, Piſidiam, Cariam, Iſauriam Seruilius Proconſul ad bellum piratarum miſſus, obtinuit. Bithyniam defuncti regis Nicomedis teſtamento ſumus aſſequuti. Gallogræciā, id eſt Galatiam (ſunt etenim, vt nomen ſonat, e Gallis Galatæ) quòd Antiocho contra Romanos auxilium præbuiſſent, inuaſimus. Manlius proconſul Galatas perſequutus eſt, & confugientes partim in Olympum, partim in * Magabiam montem, qui nunc *Maganā*
†Modiacris dicitur, de arduis eos in pla- *Megaram*
na detruſit: victóſque in perpetuam pa- *†Mediacu*
cem redegit. Poſtea Galatiam Deiotarus *Tetrarchus nobis permittētibus te- **Ethraces*
nuit. Ad extremum ſub Octauiano Cæſare Auguſto Galatia in †formam prouin *†ſpeciem*
ciæ re-

ciæ redacta eſt. Eam primus Lollius Proprætor adminiſtrauit. Cappadoces primò ſocietatem noſtram ſub Ariarhate rege petiuerunt: Poſteaque Ariobarzanes rex Cappadocum a Mithridate expulſus, Romanorum armis reſtitutus eſt, ſempérque in auxilia noſtra fuêre Cappadoces: & ita Maieſtatem coluêre Romanam, vt in honorem Auguſti Cæſaris Mazaca ciuitas Cappadociæ maxima, Cæſarea nũcuparetur. Poſtremò quum ſub Imperatore Claudio Archelaus rex Cappadocum Romam veniſſet: ibique diu detentus occubuiſſet, in prouinciæ ſpeciem Cappadocia migrauit. Pontus per Pompeium victo Mithridate rege Pontico, formam prouinciæ accepit. Paphlagoniam * Philemenes rex amicus Pop. Ro. tenuit. Sæpe ex ea pulſus regno a nobis eſt reſtitutus, quo mortuo prouincia Paphlagonibus impoſita eſt. Vltra iuga Tauri montis, quemadmodum poſſeſſio Romana perrexit, conſequenti locorum magis, quàm temporum ſeruata digeſtione, monſtrabitur. Antiochus Syriæ

*[Ph]ilomenes

Syriæ rex potentiſſimus bellum formidabile populo Romano intulit. Trecenta milia armatorum habuit: falcatis etiam curribus ac elephantis aciem inſtruxit. A Scipione Conſule fratre Scipionis Africani in Aſia apud Magneſiam victus, pace accepta intra Taurum regnare permiſſus eſt. Eius filij ſub clientela populi Romani regnum Syriæ retinuerunt: quibus defunctis Syriarum prouincijs potiti ſumus. Cilices & Iſauros, qui ſe piratis & prædonibus maritimis iunxerant, Seruilius Proconſul ad prædonum bellum miſſus, ſubegit, & viam per Taurum montem primus inſtituit; Iſque de Cilicibus & Iſauris triumphauit, atque Iſauricus eſt cognominatus. Cyprus famoſa diuitijs paupertatem Populi Romani vt occuparetur ſolicitauit. Eam rex fœderatus regebat; ſed tanta fuit pænuria ærarij Romani, & tam ingens opum fama Cypriarum, vt lege lata Cyprus confiſcari iuberetur. Quo accepto nuntio rex Cyprius, venenum ſumſit: quò vitam priuſquam diuitias amitteret. Cato Cyprias opes Romam nauibus

Digitized by Google

nauibus aduexit: ita vt ius eius inſulæ
auarius magis quàm iuſtius ſimus aſſe-
cuti. Cyren cum ceteris ciuitatibus
Libyę Pentapolis, Ptolemæi antiquioris
liberalitate accepimus. Libyam ſupremi
Appionis regis arbitrio ſumus aſſequuti,
Ægyptus omnis ſub amicis regibus fu-
erat: ſed victa cum Antonio Cleopatra,
prouinciæ formam Octauiani Cæſaris
pore Auguſti †temporibus accepit. Et primũ
apud Alexandrinos Cornelius Gallus
Romanus iudex adminiſtrauit. Per con-
finia Armeniarum primùm ſub L. Lucul-
lo Romana trans Taurum †ſigna trãſmiſ-
a *ilarchi,* ſa ſunt. *Phylarchi in Saracenorũ Oſrœ-
Fiſarchi na ſuperati ceſſere. In Meſopotamia ab
& Sarace eodem Lucullo Niſibis capta eſt. Poſtea
hyreniæ. per Pompeium eadem loca armis obtẽta
ſunt. * Syria Phœnices bello a Tigrane
a ac Phœ Armeniorũ rege †recepta eſt. Arabes &
æ ſunt. Iudęi in Palęſtina victi ſunt. Ad extremũ
ſub Traiano principe regi maioris Arme-
nię diadema ſublatũ eſt. Et per Traianum
t. Armenia, Meſopotamia, †Aſſyria & Ara-
bia prouinciæ factæ ſunt, ac limes Orien-
tutus eſt talis ſupra ripam fluminis Tigridis * con-
ſtitutus

ſtitutus eſt. Sed Hadrianus qui ſucceſſit Traiano, inuidens gloriæ Traiani, ſponte ſua Armeniam, Meſopotamiam & Aſſyriam reddidit: ac medium inter Perſas & Romanos Eufratem eſſe voluit. Sed poſtea ſub Antoninis duobus Marco, & Vero, & Seuero Pertinace, ceteriſq; principibus Romanis, qui aduerſus Parthos euẽtu vario dimicauerunt, quater amiſſa, quater recepta Meſopotamia eſt. Ac Diocletiani tẽporibus, victis prima cõgreſſione Romanis, ſecundo autem conflictu ſuperato rege Narſeo, vxore eius ac filiabus captis, & cum ſumma pudicitiæ cuſtodia reſeruatis, pace facta, Meſopotamia eſt reſtituta: & ſupra ripam Trigridis limes eſt* refirmatus, ita vt quinque gen- *confirmat tium trans Tigridem conſtitutarum ditionem aſſequeremur: quæ conditio fœderis in tempus Diui † Conſtantij con- †Conſtanti ſeruata durauit. Scio nunc inclyte princeps, quo tua † pergat intentio. Requi- †vergat ris profectò quoties Babyloniȩ & Romanorum arma collata ſint, & quibus* vici- *viribus bus ſagittis pila contenderint. breuiter euentus enumerabo bellorũ. † Eurto ho- †forte

ſtes in paucis inuenies eſſe lætatos, vera autē virtute ſemper Romanos probabis exſtitiſſe victores. Primùm a L. Sylla Proconſule Arſaces rex Parthorū miſſa legatione amicitiā Po. Ro. rogauit, ac meruit. L. Lucullus Mithridatē regno Ponti exutum ad Armeniam perſequutus eſt. Tigranem Armeniorum regem cum VII milib. CCCCC Clibanarijs, & cētum *viginti milibus ſagittariorū ipſe cum XVIII milibus Romanorū vicit. Tigranocertā maximam Armeniæ ciuitatē expugnauit. † Madenā optimam Armeniorū regionē obtinuit: Per Melitenam ad Meſopotamiā deſcendit. Niſibim cum fratre regis cœpit. Tendere in Perſas paratus ſucceſſorem accepit. Cn. Pompeius expertæ felicitais ad Mithridaticū bellum miſſus, Mithridatē in Armenia minore nocte aggreſſus prœlio ſuperauit: cæſis duobus & quadraginta milibus hoſtiū, caſtra eius inuaſit. Mithridates enim cū vxore & duobus comitibus in Boſphoros fugit: ibi deſperatione rerū ſuarum venenū hauſit: & quū parum ageret vis veneni, a milite ſuo vt ferro percuteretur, impetrauit. Pōpeius auxilia-

*[...]ginta
†[...]edenam
[...]arzianenē

xiliatorem Mithridatis Tigranē Armeniorū regem perſequutus eſt. Ille ſe ei oblato diademate apud Artaxata dedidit. Receptæ ſunt ab eo Meſopotamia, Syriæ & aliquāta pars Phœnices, atq; intra Armeniam maiorē regnare permiſſus eſt. Idem Pompeius Boſphoranis & Colchis Ariſtarchum regem impoſuit: cum Albanis cōflixit. †Orœſi Albanorum regi ter victo pacē dedit. Iberiā cum* Arthoce rege in deditionem accepit. Saracenos & Arabas vicit. Iudęa capta Hieroſolymā obtinuit. Cū Perſis fœdus fecit. Rediens apud Antiochiam Daphnenſem lucū, delectatus loci amænitate & aquarum abundantia, addito nemore cōſecrauit. M. Craſſus Conſul aduerſus Parthos rebellātes miſſus eſt. Is cùm pacē miſſa a Parthis legatione rogaretur, apud Cteſiphontem reſponſurum ſe ait: Apud Zeumam traiecit Euphratē, & a trāsfuga quodam* Abgaro inductus, ad ignotā camporū ſolitudinē deſcendit. Ibi vndiq; † circumvallātibus ſagittariorū agminibus cū *Sillace & Surena prętectis regijs eſt cinctus exercitus & vi telorū obrutus. Ipſe Craſſus quum

†*Orcodi*
**Arthace*
**Mazaro vel Marach*
†*circumuolātibus*
**Sillate & Silena*

Digitized by Google

ad colloquium ſolicitatus viuus penè capi potuiſſet, repugnantibus Tribunis euaſerat: & dum fugam petit occiſus eſt. Caput eius cum dextra manu reſectũ ad regem perlatum eſt: atque ita ludibrio habitum, vt faucibus eius, aurum liquefactum infunderetur: ſcilicet vt qui ardẽs cupiditate prædandi, pacem regi dare rogatus abnuerat, etiam mortui eius reliquias auri flamma combureret. *L. Caſſius queſtor Craſſi, vir ſtrenuus, reliquias fuſi collegit exercitus. Contra Perſas in Syriam irrumpentes, ter cum ſumma admiratione conflixit, eóſque trans Eufratem redactos vaſtauit. Parthi Labieno duce (qui Pompeianarum partium fuerat, & victus ad Perſas refugerat,) in Syriam irruperunt, ac totam prouinciam occupauerunt. P. Ventidius Baſſus Parthos, qui †ducente Labieno Syriam inuaſerant, occurrens in *Tauro monte cum paucis fugauit, Labienum occidit, perſequutus eſt †Parthos & ad internecionem ſtrauit, qua congreſſione Parthorũ regis filium eadẽ die qua Craſſus victus fuerat, occidit: ne aliquando Romani ducis

C. Caßius

duce

Capro vel Caparo

Perſas

cis mors inulta relinqueretur. Ventidius de *Parthis primus triumphauit. M. Antonius Mediam ingreſſus, quæ nunc Medena appellatur, bellum Parthis intulit, & primis eos prœlijs vicit. verùm pòſt duabus legionibus amiſſis cum fame, peſtilentia, tempeſtatibus premeretur; vix per Armeniam †Parthis inſequentibus reuocauit exercitum, tanto per momenta temporum terrore perculſus, vt a gladiatore ſuo percuti poſtularet, ne viuus veniret in hoſtium poteſtatem. Sub *Octauiano Cæſare Auguſto Armenia cum Parthis conſpirauit. Claudius Cæſar nepos Auguſti cum exercitu miſſus ad Orientem, cum † pro maieſtate Romani nominis facilè cuncta ſedaſſet, atque ei ſe Armenij, qui tunc tẽporis validiores erãt Parthis, dedidiſſent, iudicéſq; ex inſtituto Põpeij dictis gentibus Claudius Cęſar pręficeret, Dones quidam, quem Parthis Arſaces præpoſuerat, proditione ſimulata, libellum in quo ſcripti theſauri continerentur, obtulit quẽ cũ Romanus imperator legeret intentius, *cultro Dones aggreſſus Claudium vulnerauit. Percuſſor

*Perſis

†Perſis

*Octauio

†per maieſt

*vltra

 quidem

quidem a militibus confoſſus eſt, Claudius vulneratus regreſſus in Syriã obijt. *Parthi ad ſatisfactionem tam audacis admiſſi, obſides tunc primùm † Octauiano Cæſari dederunt, & erepta ſub Craſſo ſigna retulerũt. Pacatis gentibus Orientis, Auguſtus Cæſar etiam Indorum legationem primus accepit. Nero quem turpiſſimum imperatorem Romana eſt paſſa Reſpublica, amiſit Armenias duas, tum Romanæ legiones duæ ſub iugum a * Parthis miſſæ, extremo dedecore Romani exercitus ſacramenta fœdarunt. Traianus qui poſt Auguſtum Romanæ Reipublicæ mouit lacertos, Armeniam recepit a Parthis, ſublato diadcmate regi Armeniæ maioris regnum ademit. Albanis regem dedit. Iberos,† Boſphoranos, Colchos in fidem Romanæ ditionis* accepit † Saracenorum loca & Arabum occupauit. *Corduenos & †Mardomedos obtinuit. Anthemuſiam optimam Perſidis regionem, Seleuciam & Cteſiphontem & Babyloniam accepit & tenuit, vſque ad Indiæ fines poſt Alexandrum acceſſit. In mari rubro

[margin notes, partly cut off:] …erſæ / …ctauio / …erſis / …oſphoria- / …s / …ecepit / …ſerenorum / …droenorum / …diabenos / …arcomedos / …arcomenos

Digitized by Google

rubro claſſem *inſtituit. Prouincias fecit *tenuit
Armeniã, Meſopotamiã & Aſſyriam, quæ inter Tigridem & Eufratem ſita, irriguis amnibus inſtar Aegypti fœcundatur. Hadrianũ glorię Traiani certũ eſt inuidiſſe, qui ei ſucceſſit in imperio. Hic *ſponte *ſorte
propria inde †eductis exercitibus Arme- †reducti
niam Meſopotamiam & Aſſyriam conceſſit: & inter Romanos & †Parthos, me- †Perſas
dium Eufratẽ eſſe voluit. Antonini duo Marcus & Verus, ille ſocer hic gener pariter Auguſti, Imperiũ orbis æquata *pri- *primùm
us poteſtate tenuerunt. Sed ex his Antoninus iunior ad expeditionem Parthicam profectus eſt: multáque & ingentia aduerſus *Perſas feliciter geſſit. Seleuciã *Parthi
Aſſyriæ vrbem cum quadringentis milibus hoſtium cepit, ingẽti gloria de †Par- †Perſis
this cum ſocero triumphauit. Seuerus natione Afer, acerrimus imperator, Parthos ſtrenuiſſimè vicit, Adiabenos deleuit, Arabas interiores *obtinuit, & Ara- *obtriuit
biam prouinciam †fecit. Huic cognomina ex victorijs quæſita ſunt: Parthicus enim †refecit
& Arabicus & Adiabenicus eſt cognominatus. Antoninus cognomento Caracal-

 la,

la, filius Seueri Imperatoris, expeditionem in * Parthos parans, in †Oſdroëna apud Edeſſam propria morte obijt,& ibidem ſepultus eſt. Aurelius Alexander quaſi fato quodam in exitium * Perſicæ gentis natus, iuuenis admodum Romani gubernacula ſuſcepit imperij. Ipſe †Perſarum regem nobiliſſimum * Xerxen glorioſè vincit. Hic Alexander † ſcriniorum magiſtrum habuit Vlpianum Iuriſconſultum. De * Parthis pompa ſpectabili triumphauit. Sub Gordiano Auguſto acri ex iuuentutis fiducia principe rebellantes Parthi, ingentibus prœlijs † contuſi ſunt. Iſque de Perſide victor rediens, frau de Philippi, qui præfectus prætorio eius erat, occiſus eſt. Milites * ei tumulum in viceſimo miliario a † Cercuſio caſtro, quod & nunc exſtat, ædificarunt: atque exequias eius Romam cum maxima venerationis reuerentia deduxerunt. Valeriani infauſti principis fortunam tædet referre. Is cum Galieno ſuſcepit imperium. Sed hunc exercitus, Galienum Seuerus Imperatorem fecit. E quibus in Meſopotamia aduerſus Perſas Valerianus con-

nus congreſſus, a Sapore Perſarum rege ſuperatus eſt, & captus in dedecore * ſeruitutis conſenuit. Sub Galieno Meſopotamia inuaſa, etiam Syriam ſibi Perſæ cœperant vendicare, niſi, quod turpe dictu eſt, Odenatus decurio Palmyrenus, collecta Syrorũ agreſtium manu, acriter reſtitiſſet: & fuſis aliquoties Perſis, non modò noſtrum militem defendiſſet, ſed etiã ad Cteſiphontem Romani vltor imperij, quod mirum eſt dictu, penetraſſet. Aureliani Imperatoris gloriæ Zenobia Odenati vxor acceſſit. Ea enim poſt mortem mariti feminea ditione Orientis tenebat imperium; quam Aurelianus multis clibanariorum & ſagittariorum milibus fretam, apud Himmas haud procul ab Antiochia vicit: & captã Romæ triumphans ante currum duxit. Cari Imperatoris victoria de Perſis nimium potens ſuperno numini viſa eſt. Nam ad inuidiam cæleſtis indignationis pertinuiſſe credenda eſt. Is enim ingreſſus Perſidem, quaſi nullo obſiſtente vaſtauit, * Cochen & Cteſiphontem vrbes Perſarum nobiliſſimas cepit. Quum victor totius gentis caſtra

*vitæ ſuæ

* Corchen Colcham

 ſuper

ſuper Tigridem haberet,fulminis ictu interijt. Sub Diocletiano principe, pompa victoriæ nota de Perſis eſt. Maximianus Cæſar prima congreſſione quum contra innumeram multitudinẽ cũ paucis acriter dimicaſſet pulſus receſſit,ac tanta indignatione a Diocletiano ſuſceptus eſt, vt ante carpentum eius per aliquot milia

urrerit paſſuum † cucurrerit purpuratus: & quũ vix impetraſſet, vt reparato de limitaneis Daciæ exercitu, euentum Martis repeteret,in Armenia maiore ipſe imperator, cum duobus equitibus explorauit hoſtes: & cum viginti quinque milibus militum ſuperueniens caſtris hoſtilibus, ſubitò innumera Perſarum agmina aggreſſus ad internecionem cecîdit. Rex Perſarum Narſeus effugit, vxor eius & filiæ captæ ſunt, & cum maxima pudicitiæ cuſtodia reſeruatæ. Pro qua admiratione Perſæ nõ modò armis,ſed etiã moribus ſuperiores eſſe Romanos cõfeſſi ſunt: Meſopotamiã

ãſtigrinis cum † Tranſtigranis quinque regionibus reddiderunt. Pax facta vſque ad noſtram memoriam Reipublicæ vtilis perdurauit. Conſtantinus rerum dominus extremo

vitæ

Digitized by Google

vitæ ſuæ tempore, expeditionem parauit in Perſas: toto enim orbe pacatis gentibus, & recenti de Gothis glorioſior victoria, cunctis in Perſas deſcendebat agminibus. Sub cuius aduẽtũ Babyloniæ intantum regna trepidarunt, vt ſupplex ad eum legatio Perſarum occurreret, facturóſq; ſe imperata promittere. Nec tamen pro aſſiduis eruptionibus, quas ſub Conſtantino Cæſare per Orientem tentauerant, veniam meruerunt. Conſtantius in Perſas vario ac magis difficili pugnauit euentu. Præter leues excubantium in limite congreſſiones acriori Marte nouies decertatum eſt, per duces ſuos ſepties, ipſe preſens bis affuit veris & grauibus pugnis. Verum† Singarena preſente *Conſtantino, & iterum Singarena †Conſtantinienſium & Amida capta eſt. Graue ſub eo principe Reſpublica vulnus accepit. Ter autem eſt a Perſis obſeſſa Niſibis: ſed maiore ſui detrimento dum obſideret hoſtis affectus eſt. Narſenſi autem bello, vbi Narſeus occiditur, ſuperiores diſceſsimus. Nocturna verò in agro Eleienſi prope Singaram

†Fiſab
*Conſt
†Conſt
quoqu

artenam *Singaram pugna, vbi præſens Cōſtātius
affuit, omnium expeditionum compenſa
tus fuiſſet euentus, ſi locis ac nocte aduer
ſantibus, percitos ferocia milites, ab in-
tempeſtiuo pugnādi tempore, Imperator
ipſe ad alloquendum reuocare potuiſſet;
qui tamen inuicti viribus, improuiſi ad-
uerſus ſitim aquarum ſubſidijs incumbē-
te iam veſpere caſtra Perſarū aggreſſi, ru-
ptis munitionibus occuparunt. fugatóq;
rege quum a prœlio reſpirantes, prætētis
luminibus repertæ inhiarent aquæ, nim-
bo ſagittarum obruti ſunt, cum ſtolidè
ad dirigendos certius in ſe ictus, lumina
ipſi per noctem accenſa præberent. Iuli-
ano in externos hoſtes expertæ felicita-
tis principi, aduerſus Perſas modus de-
fuit. Is enim ingenti apparatu, vtpote
totius orbis regnator, infeſta in † Perſas
ſigna commouit, inſtructam commeati-
bus claſſem per Eufratem inuexit. Strenu
us in ingreſſu, multa Perſarum oppida
ac caſtella, aut ſuſcepit dedita aut manu
cepit. Cum contra Cteſiphontem, in
ripa Tigridis & Euphratis iam mixti ca-
ſtra haberet, ludóſque campeſtres, vt
hoſtis

Digitized by Google

*hoſtis ſolicitudinem demeret, per diem agitaſſet, noctis medio impoſitos nauibus milites, in vlteriorem ripam repętè †tranſuexit. Qui per ardua nitentes, qua difficilis etiam per diem & nullo prohibēte fuiſſet aſcēſus, Perſas terrore ſubito miſcuerunt, verſiſque agminibus totius gentis, apertas Cteſiphontis portas, victor miles intraſſet, niſi maior prædarum occaſio fuiſſet, quàm cura victoriæ. Tantam adeptus gloriam, cum de reditu a comitibus admoneretur, intentioni ſuæ magis credidit: & exuſtis nauibus, quum a transfuga, qui ſe ad fallendum obiecerat, inductus in †Madenam viæ compendia ſectaretur: dextrum aduerſa Tigridis ripa nudato militum latere, iter relegens, quum incautius per agmen erraret, excito puluere, ereptus e ſuorum conſpectu, ab hoſtium obuio equite, conto per ilia ictus, *inguinum tenus vulneratus eſt. Inter effuſionem nimij ſanguinis, cum ſuorum †ordines licet ſaucius inſtauraſſet, cunctātem animam, multis ſuos alloquutus, efflauit. Iouianus prœlijs ſuperiorem, ſed confuſum ſubita morte amiſſi Imperatoris,

*hoſti
†tranſtuli
†Manden vel Cord
*inguine
†ordinem

ratoris, ſuſcepit exercitum. Quum commeatus deficerent, & via in reditu prolixior immineret: Perſæ crebris excurſibus nunc a fronte nunc a tergo, mediorum quoq; latera incurſantes, iter agminis morarentur, conſumtis aliquot diebus, tanta reuerentia Romani nominis fuit, vt a Perſis primus de pace ſermo haberetur, ac reduci confectus inedia exercitus ſineretur: conditionibus, quod nunquam antea accidit, diſpendioſis Romanæ Reipublicæ impoſitis, vt Niſibis, & pars Meſopotamiæ traderetur: quibus, cupidior regni quàm gloriæ, Iouianus imperio rudis acquieuit. Quã magno deinceps ore tua ô Princeps inuicte facta inclyta ſunt perſonanda? Quibus me licet imparem dicendi niſu, & æuo * grauior praeparabo: maneat modò conceſſa, Dei nutu cui credis, & ab amico cui creditus es numine indulta felicitas, vt poſt hunc ingentem de Gothis etiam Babyloniæ tibi palma pacis accedat.

*grandior

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA IN SEX. RVFO SIC CORRIGITO.

Pag.	Verſ.	
85.	26.	*Numidia*
87.	17.	*grauiſſima*
79.	15.	*Achiuorum*
	17.	*rebellauit*
90.	10	*Sauenſis*
91.	18.	†*M. Minutius*
	19.	*glacie*
92.	10.	*Hemimons,* **Hæmimontus*
93.	21.	*Modiacus*
	24.	*Tetrarches*
96.	3.	*Cyrenas*
	15.	*Phylarchi Saracenorum in Oſdroëna*
	18.	*Hyrenæ. in marg.*
104.	9.	*vicit*

Digitized by Google

PHILIPPI Hiſpaniarum Regis Catholici priuata lege ſancitum eſt, ne quis typographus imprimere, neu quis Bibliopola diuendere hanc *in hiſtoriam Romanam Iohan. Othonis introductionem, & Sex. Rufi breuiarium rerum geſtarum Pop Rom.* audeat ante ſexennium, abſque Huberti Goltzij cōſenſu. Qui ſecus faxit, multa illi eſto confiſcationis librorum & in ſingulos libros duorum Carolinorum. Dat. Bruxellæ XVI. kalend. Maij. Anno a Chriſto nato M. D. LXV.

BRVGIS FLAND.
EXCVDEBAT HVBERTVS GOLTZIVS
ANNO M. D. LXV. MENSE IVNIO.

Digitized by Google